diuidualis est realiter cõmunicabilis. Ois differentia indiuidualis est de se hec: natura specifica est differẽtia idiuidualis ergo nã specifica ẽ de se hec. Ois intellectus diuinus est principiũ pducẽdi filium voluntas diuina est intellectus diuinus ergo volũtas diuina est principiũ pducendi filium. Et si dicatur q tunc esset hic bonus sillus. Ois essentia diuina est pater: filius est essentia diuina: ergo filius est pater. Similiter nullus pater est fili⁹: essentiã diuina est pater ergo ẽẽntia diuina nõ est fili⁹. ¶ Dicẽdũ est q phus diceret tales sillos tenere ꝛ reglari p dici de oi ꝛ p dici de nullo ꝛ hoc qꝛ non ponit vnicã rem simplicem esse plures res distinctas realiter. sed Theologi q ponunt sm veritatẽ vnã rem numero esse plures. qꝛ dicunt q essentia diuina simplex ꝛ indiuisibilis est plures psone distincte realiter: habẽt dicere q pdicti discursus nõ valent nec regulantur p dici de oi vel dici de nullo. ¶ Et ratio est qꝛ p istam ois essentia diuina est pater non denotat q de quocũqȝ di hoc sbm eẽntia diuina q de eodem dicat hoc ptum pater. tunc enim necessario ille sillus regulatur p dici de oi: ois essentia diuina est pater: filius est essentia diuina ergo filius est pater. sed illa esset tunc falsa: ois essentia diuina est pater: sicut hec est falsa: de quocunqȝ di hoc sbm essentia diuina de eodẽ ptur pater. sed p istam: ois essentia diuina est pater: denotatur q oẽ illud qd est res absoluta ꝛ ois res respectiua que est eẽntia: est pater ꝛ hoc est verũ. ꝛ tunc si vniformiter accipitur minor ipsa esset falsa. tũc enim p istam filius est essentia diuina denotat q filius esset quelibet res respectiua que est essentia diuina: quod est falsuȝ qꝛ nõ est pater ꝛ tñ essentia diuina est pater. Sicut dictũ est de illo sillo affirmatiuo ita pportionabilr dicendũ de negatiuo adducto. ¶ Talis ergo modus arguẽdi nunq fallit nisi qñ accipitur terius q importat aliq rem vnicã numero que tñ ẽ plures res numero: ꝛ accipit alia res de qua ꝛ vna alia vere di q illa vnica res est vere ille due res. sed istum defectũ non contingit in aliis assignare sicut manifeste patet. Unde hic nõ est talis defectus: ois deus cognoscitur a philosophis eẽ imortalis: quelibet psona diuina est deus ergo quelibet psona diuina cognoscitur a philosophis esse immortalis. Nam p istam ois deus cognoscitur a philosophis esse imortalis denotatur q de quocũqȝ dicitur hoc subiectum deus de eodem dicit hoc predicatũ cognoscitur a philosophis esse imortalis ꝛ ideo necessario predictus sillogismus est regulatus p dici de omni sm viam Aristo. ¶ Et si dicatur q sm ista sequitur q philosophi cognoscerent tres psonas esse in diuinis. Dicendum q Philosophi non cognouerunt tres psones esse in diuinis. qꝛ ad notitiam illius propositiõis tres psone sunt nullo modo poterant deuenire tamen de illo quod est tres psone poterant scire q ipsum est imortale ꝛ huiusmodi multa. ꝛ propter hoc potest illud verificari quelibet psona scitur a philosophis esse imortalis. qꝛ p istam propositionem nõ denotatur q hec propositio sit scita a philosophis quelibet psona diuina est imortalis illa enim ppositio nullo modo potest sciri euidenter ex puris naturalibus. qꝛ nec illa potest sciri ex puris naturalibus aliqua psona est deus accipiendo psonam sicut Theologi accipiunt. sed p istam quelibet psona diuina scitur a philosophis esse imortalis denotatur q de quolibet quod est psona diuina scitur q est imortale. ¶ Et si dicatur q tũc hec esset vera: de patre scitur a philosophis q est imortalis ꝛ p consequens philosophi sciunt q pater est imortalis. ¶ Dicendum q hec est vera de patre scitur a philosophis q est imortalis. qꝛ p istaȝ nõ denotatur q hec fuit scita a philosophis pater est imortalis qꝛ nec illam nec aliam cõsimilem poterant scire. Sed p illam denotatur q de aliquo q est pater fuit scitũ a philosophis q est imortalis. hoc est: de deo fuit scitũ ipsuȝ esse immortalem: ꝛ ille est pater ꝛ tamẽ nõ fuit scitum a philosophis ipsum esse patrẽ. ¶ Unde ista est vera pater scitur a philosophis esse deus ꝛ tñ hec non est vera deus scitur a philosophis esse pater vnde iste stant simul quelibet psona diuina scitur a philosophis eẽ imortalis ꝛ tñ q hec nõ est scita a philosophis quelibet psona diuina est imortalis. Quod potest declarari per exempla. Sit primum exemplum. ¶ Nam sit ita q ista nomina sint sinonima gladius ensis ꝛ tñ q sortes hoc ignoret. sed sciat significationem istius nominis gladius ꝛ nesciat qd significat hoc nomen ensis tunc hec est vera ensis scitur a sorte esse vnũ genus armoꝝ vel ensis scitur a sorte esse acutus vel ensis scitur a sorte esse ferreum qꝛ hoc predicatum vere competit ꝛ vere predicatur de pnomine demonstrante illud p quo supponit subiectuȝ. ergo ista ppositio est vera. ꝛ tñ nulla istorum ppositionũ est scita a sorte ensis est vnum genus armoꝝ ensis est acutus ensis est ferrum ergo stant similiter simul q quelibet psona diuina scitur esse a philosophis imortalis: ꝛ tñ q ista non sit scita ab eis: quelibet psona diuina est imortalis. ¶ Aliud exemplũ est. ponat sicut ponunt philosophi ꝛ credo esse verum ꝛ alibi est sufficiẽter probatuȝ vt mihi videt q essentia diuina ꝛ intellectus q est in deo sint idem oibus modis ex natura rei tũc si hec sit vera essentia diuina scitur ab oibus esse essentia diuina hec est vera: intellectus diuinus scit ab omnibus esse essentia diuina: ꝛ tñ cum hoc stat q hec sit scita ab oib⁹ essentia diuina est eẽntia: ꝛ nõ ista: intellectus diuinus est essentia diuina: ꝛ hoc qꝛ ad veritateȝ illius intellectus diuinus scitur ab oibus esse essentia diuina non reqritur nisi q predicatũ vere predicetur de pnomine demõstrante illud pro quo subiectũ supponit. hoc autem verũ est in proposito cũ pro eodẽ subiectũ supponit in ista: intellectus diuinus scit esse essentia diuina: ꝛ essentia diuina scitur esse essentia diuina. ¶ Aliud exemplũ est de gñatiõe actiua ꝛ paternitate. qꝛ si sint idem oibus modis impossibile est q paternitas credatur esse cõstitutiua patris nisi credatur actiua generatio esse cõstitutiua patris: ꝛ tamẽ a multis creditur ista esse vera: paternitas est cõstitutiua patris: a quibus non credit ista esse vera: actiua generatio est cõstitutiua patris. ¶ Similiter si aia sensitiua in hoie ꝛ anima intellectiua sint simpliciter eadẽ forma: necessario si aia intellectiua hois scitur nõ esse

Hanc ois eẽn tia diua est pꝛ ñ eẽ de oi si. n. eẽt ñ eẽt va

Quid p hanc: ois eẽn tia diua est pater denotat

Instan tia

Solo

Pri^m ex^m pdi cto psir mans

Aliud ex^m pdi cta psir mans

Aliud ex^m pdi cta psir mans

Aliud exẽplũ

distincta ab aīa intellectiua hoīs aīa sensitiua homi-
nis scietur non esse distincta ab aīa intellectiua hoīs ⁊
tñ hec est scita aīa intellectiua hoīs est distincta ab aīa
intellectiua hoīs q̄uis hec nō sit scita aīa sensitiua ho
minis nō est distincta ab aīa intellectiua hoīs. ¶ Et
rō oīum predictoꝝ est. qꝛ ꝑ talem ꝓpōnem aīa sensiti
ua hoīs scitur nō esse distincta ab aīa itellectiua hoīs
non denotat nisi ꝙ hoc p̄tum (non esse distincta ab
aīa intellectiua hoīs) scilꝫ de illo quod est aīa sensitiua
hoīs q̄uis nō sciat de hoc subiecto (aīa sensitiua ho
minis) sicut ꝑ istam (veniens scitur esse hō) denotatur
ꝙ ille q̄ est veniēs scitur esse hō q̄uis nesciat an hoc
Instātia p̄tum homo scietur de hoc subiecto: veniens. ¶ Cō
tra tñ predicta exēpla potest instari. qꝛ in oībus sup-
ponitur ꝙ duo subiecta duarū ꝓpōnum adductaruꝫ
supponant pro eodē simpliciter. nō sic aūt est in istis
quelibet ꝑsona diuina scitur esse imortalis deus sci-
tur esse imortalis qꝛ sm̄ vnius supponit pro ꝑsona
diuina ⁊ sm̄ alterius nō sed pro essentia diuina. ⁊ ita
Solo nō est simile de istis ⁊ de exemplis adductis. ¶ Sed
illud nō obstat. qꝛ q̄tum ad hoc est simile. qꝛ ꝑsona
diuina est eēntia diuina ꝓpter quā idemptitatē q̄cq̄d
ꝯuenit essentie diuine cōuenit ⁊ ꝑsone diuine: nisi op
positum inueniatur in sacra scriptura: vel sequat̄ eui
denter ex talibus. ideo si ꝯceditur ꝙ deus scitur esse
imortalis: dꝫ cōcedi ꝙ ꝑsona diuina scitur esse imor-
talis. nec ex hoc aliquo modo seq̄tur ꝙ aliq̄s potest
scire ex n̄alibus ꝙ tres ꝑsone sunt in deo. qꝛ ꝑ illam
⁊ consimiles (ꝑsona diuina scitur esse imortalis) non
denotatur nisi ꝙ de illo quod est ꝑsona diuina sciťur
ꝙ est imortalis ⁊ hoc est veruꝫ. qꝛ de deo q̄ est ꝑsona
diuina scitur ꝙ est imortalis. ¶ Sic ergo nunq̄ talis
discursus dꝫ negari nisi qñ accipitur aliq̄s terius im-
portans aliq̄ rem que est plures res distincte realiter
⁊ adhuc non semꝑ in tali casu: sed tunc solū qñ non
denotatur ꝑ maiorem ꝙ p̄tum dr̄ de oī illo quod est
sm̄ sed qñ solū denotat̄ ꝙ oē illud quod est forma-
liter illud quod importat̄ ꝙ de oī tali dicatur p̄tum.
¶ Quid aūt sit eē formalr̄ aliq̄d declaratū est alibi.
Prio ¶ Cū ergo iter creaturas hoc nō possit repiri ꝙ vna
sen. d. res sit plures res: nunq̄ in creaturis talis modus ar
ij. q. xj. guendi dꝫ negari nisi forte aliqñ terius includat ali-
quod sincathegoreuma quo expꝯsso pꝫ quod talis di
scursus non vꝫ. ¶ Unde si a significet idem qd̄ hoc
totum tm̄ aīal iste sillꝰ non valebit oīs homo est sb̄a
a est hō. ergo a est sb̄a. qꝛ expresso sincathegoreuma
te in ly a incluso ⁊ etiam expꝯsso terio incluso manife
stum est discursuꝫ nō valere. sicut non seq̄tur oīs hō
Instātia est sb̄a. tm̄ aīal est homo. ergo tm̄ aīal est sb̄a. ¶ Si
dicatur ꝙ talis sillꝰ regulatur ꝑ dici de oī. nam ꝑ istā
maiorem oīs homo est sb̄a denotat̄ ꝙ de quocūq̧ dr̄
homo de illo dr̄ sb̄a. ⁊ ꝑ istam minorē: tm̄ aīal est ho
mo: denotat̄ ꝙ homo dr̄ de hoc toto tm̄ aīal seq̄tur
ergo ꝯclusio in qua sb̄a p̄tur de hoc toto tm̄ aīal igit̄
predictus discursus regulatur ꝑ dici de oī. ¶ Dicen
dum ꝙ non regulat̄ ꝑ dici de oī ⁊ hoc qꝛ q̄uis ꝑ mi-
norem denotet̄ ꝙ ly homo p̄dicetur de hoc toto tm̄
aīal tm̄ non tantū hoc denotet̄ sed denotatur cuꝫ hoc
ꝙ sm̄ homo remouet̄ a quolibet non aīali ⁊ ꝓpter
hoc non seq̄tur ꝯclusio predicta qꝛ tunc arguit̄ ꝑ istā
regulam. ¶ A quocunq̧ remouetur sm̄ vl̄is ab eo
dem remouetur p̄tum que est falsa ⁊ ꝓpter hoc non
regulatur p̄dictus discursus ꝑ dici de oī. ¶ Similr̄
si a significet idem quod nō oīs homo tūc non regu
labitur ille discursus ꝑ dici de omni. oē album est sb̄a
a est album ergo a est sb̄a. ⁊ ideo pꝫ ꝙ sicut est in istis
ita in similibus. ¶ Et forte ꝓpter talem causam ne-
gantur aliq̄ sillogismi ab aliq̄bus auctoribꝰ. tñ aliter
essent de se euidentes. ¶ Unde si abstracta ꝯcretorū
sb̄alium includāt aliqua detersiata sincathegoreuma
ta. sicut forte ɜm modū loquendi aliquoꝝ includūt:
multi discursus apparebunt euidētes cum tñ fallāt:
sicut multe ꝓpōnes tunc essent false que tñ aliter eēnt
vere. si enim talia abstracta humanitas: equitas: aīa-
litas: ⁊ hmōi equalenter includant talia sincathego-
reumata: ꝑ se prio modo: vel necio vel aliq̄d hmōi:
tunc erunt ille ꝓpōnes false humanitas est homo hu
manitas est aīal humanitas est aīalitas humanitas est
alba humanitas currit ⁊ hmōi. ⁊ hoc qꝛ expresso sin
cathegoreumate equalenter incluso cum aliquo ter-
mino pꝫ falsitas earuꝫ. hec eni est falsa: homo necio
currit. ⁊ ista silr̄ homo necio est homo vel hō necio Oēm
est aīal: ⁊ sic auctores q̄ negāt tales ꝓpōnes de talibꝰ sillūꝫ re
abstractis sunt glosandi eodē modo. hoc supposito gulatuꝫ
tales discursus non valebunt. Oīs homo currit hu- ꝑ dici ð
manitas est homo ergo humanitas currit. ¶ Nā iste oī vł de
discursus nō vꝫ oīs homo currit homo necio est hō nullo eē
ergo homo necio currit. ¶ Instantia eniꝫ pꝫ in istis euidētē
Omnis ꝑsona diuina est creās pater necessario est ꝑ- Non sp
sona diuina ergo pater necio est creans. nam p̄misse qñ mu-
sunt vere ⁊ conclusio falsa. ¶ Et ꝑ istuꝫ modū mul tatur qd
te auctoritates que sonant ꝙ humanitas nō sit homo i q̄le eē
⁊ ꝙ humanitas nō sit alba debent solui. ¶ Sic ergo malum
pꝫ ꝙ omnis sillꝰ regulatus ꝑ dici de omni vel dici sillum
de nullo est bonus ⁊ de se euidens nec indigens aliq̄ Ad co-
ꝓbatione. ⁊ nō refert quale sit illud quod subsumit̄ gnoscē
in minore siue sit terius sb̄alis siue accidentalis siue duꝫ qñ
dicat̄ quale siue quantū siue ad aliq̄d siue quodcūq̧ sillus ñ
aliud. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ non semꝑ qñ mutatur q̄d in regulat̄
quale vel aliq̄d aliud vel in quale q̄d vel in ad aliq̄d ꝑ dici ð
est fallacia figure dictiōis. tunc eni esset hic fallacia si oī nec ð
dicat̄: oīs hō currit. album est hō ergo albuꝫ currit. nullo
Similr̄ hic. oīs hō est aīal. aliquod bicubitum est hō p⁹ reía
ergo aliquod bicubitum est aīal. ⁊ in multis aliis eui Cano [illegible]
dentibus sillogismis. Quod est manifeste falsum. hñte ex
¶ Cap. v. vbi ponuntur. vj. regule q̄bus cognoscit̄ ponētē
an sillꝰ reguletur per dici de oī vel de nullo. negati-

Quando autem sillꝰ non regulat̄ uā ñ re-
ꝑ dici de omni vel de nul gulatur
lo tunc nō opꝫ ꝙ discursus valeat sed est sillus ꝑ
fallacia accidētis vel aliqua alia fallacia. dici ð oī
¶ Ad videndū autem qñ discursus nō vel de
regulatur ꝑ dici de omni nec de nullo intelligēde sūt nullo
hee regule ad presens infra scripte. Prima est ꝙ qñ Nō hāc
cunq̧ minor hꝫ aliq̄ exponentē negatiuaꝫ talis di- regulaꝫ
scursus nō pōt regulari ꝑ dici de omni vel de nullo. eiusq̧ ꝓ
Et ratio est. qꝛ sicut dictū est prius ꝑ maiorē non de- bationē
notatur nisi ꝙ de quocunq̧ dr̄ sm̄ de eodē dr̄ pre-
dicatum

dicatum vel ab eodem remouetur ergo si in minore
denotet̃ s̃bm remoueri ab aliquo alio vel aliqd ali/
ud remoueri ab eodē nullo mō regulari poterit per
dici de nullo vel dici de omni. q: in minori nō debet
denotari nisi q̄ s̃bm prime ꝓpōnis dicitur de aliquo
ꝛ ita patet manifeste q̄ quādo minor habet aliquā ex
ponentez negatiuā nō poterit sillogismus regulari ꝑ
dici de omni vel de nullo. ¶ Per hāc regulā exclu
dūtur ꝓpōes exclusiue: ꝛ exceptiue: ꝛ quecunq̄ alie
que habent exponētes negatiuas ne possint esse mi/
nores in tali silogismo. ꝛ iō discursus talis nō valet.
Omnis hō est animal: tantū risibile est hō. ergo tātū
risibile est animal. Nec talis. Omne albū est corp⁹:
oē animal preter coruū est albuz: ergo oē animal ꝑ/
ter coruuz est corpus: Nec iste Omne ridens est hō
sortes icipit esse ridēs ergo sortes incipit esse homo.
Nec iste Oē sentiens est aial. asin⁹ desinit esse sentiēs
ergo asin⁹ desinit esse aial: ꝛ oēs alij habētes cōsimi
lez defectuz nō valet. ¶ Alia regula est q̄ quādocū
2ª rla. q̄ in minori ꝓpositione denotatur predicatū dici de
subiecto cū aliquo mō determinātē cōpositionez nō
expresso in maiore: qui modus posit⁹ vel nō positus
variat ꝓpositionez quantū ad veritatez vel falsitatē:
talis discursus nō regulatur ꝑ dici de oī vel de nullo.
modi aūt tales sunt huiusmodi necessario cōtingenter
ꝑ se velociter bū male ꝛ huiusmodi. naz hec est vera
hō est albus ꝛ hec falsa hō necessario est albus simi/
liter hec est vera hō est alb⁹ ꝛ hec falsa hō ꝑ se est alb⁹
ꝛ ita de multis alijs. ¶ Et ratio regule est. quia per
Rō rle. propōnem vniuersalē maiorez nō denotatur nisi q̄
de quocūq̄ dicitur s̃bm de eodez dicitur predicatuz
vel remouetur ꝛ non denotatur q̄ de quocūq̄ dicit̃
s̃bm cū aliquo mō vel aduerbio determinātē cōposi/
tionez q̄ de eodē dicit̃ predicatū cū eodē mō vel ad/
uerbio. ꝛ iō accipe i minore aliquod tale aduerbiū nō
est rlare talē silogismū ꝑ dici de oī vel de nullo. ꝛ ita
tales sillogismi nō valēt. Ois hō est alb⁹ sor. necessa
rio ē hō ergo sortes necessario est albus. Nec talis:
ois: redēs est de⁹ quilꝫ ꝑsona diuina ꝯiungēter est cre
ans ergo qlꝫ ꝑsona diuina ꝯiungēter est de⁹. similiter
Oē currēs est hō sor. est velociter currens ergo sor.
velociter est hō. Et est diligēter aīaduertēdū an i mi/
nore accipiat̃ aliqs termin⁹ includēs equalēter talez
determinationē aduerbialez vel equalētez ꝗuis nō
exprimat̃: q: si sic nō erit silogism⁹ regulat⁹ ꝑ dici de
3ª rla. oī vel dici de nullo. ¶ Alia regula est: q̄ qñcūq̄ per
maiorē nō denotat̃ predicatū vere affirmari vel vere
negari de ꝓnole demōstrāte qđcūq̄ qđ est realit̃ idē
cū significato ꝑ s̃bm: tūc accipiēdo sub aliqd tale: nō
erit silogism⁹ regulat⁹ ꝑ dici de oī vel de nullo. ¶ Et
iō talis discursus nō regulat̃ ꝑ dici de oī: Ois essentia
diuina est cōis trib⁹ ꝑsonis pater est ēēntia diuina er/
go pater est cōis tribus ꝑsonis: q: ꝑ istam ois essentia
diuina est cōis tribus ꝑsonis nō denotat̃ q̄ qlibet res
q̄ est realiter essentia diuina sit cōis trib⁹ ꝑsonis: sed
ꝓcise denotat̃ q̄ qcqd est realiter ꝛ formalit̃ diuina
essentia est cōē tribus ꝑsonis: ꝛ iō accipiendo sub es/
sentia patrez: nisi accipiat̃ sub ēēntia sic pat̃ est realit̃
ꝛ so: aliter ēēntia nō arguit̃ ꝑ dici de oī, sicut est hic
Ois hō currit albuz est hō ergo album currit. Nam
ꝑ illā: ois hō currit: denotat̃ q̄ qcūq̄ ē hō realiter q̄
ille currat. ꝛ iō accipiēdo sub albuz est hō seqt̃ q̄ al/
bū currit. sic aūt nō fit ꝑ istā ois ēēntia diuina est cōis
trib⁹ ꝑsonis q: nō denotat̃ q̄ qcqd est ēēntia diuina q̄
sit cōē tribus ꝑsonis. hoc. n. falsuz esset. ꝛ ita pꝫ satis
euidēter supposito qđ ēēntia diuina vnica ꝛ simpli/
cissima sit tres ꝑsone ꝛ tñ q̄ vna nō sit alia quo iste si
logism⁹ non regulat̃ ꝑ dici de oī. vꝫ. Ois ēēntia diui
na est cōis tribus ꝑsonis pater est ēēntia diuina ergo
pater est cōis tribus ꝑsonis. ꝛ tñ ille rlat̃ ꝑ dici de oī
Ois hō currit albū est hō ergo albuz currit. Est aūt
sciēdū q̄ ꝗuis ꝑꝑ rōēz dictā nullus discursus vbi ꝑ
sona accipit̃ sub ēēntia vel ecōuerso rlat̃ ꝑ dici de oī
vel dici de nullo. tū multi tales valēt ꝛ tenēt ꝛ multi
nō valēt. qñ aūt talis discursus valet ꝛ qñ nō: nō pōt
sciri nisi qñ in scriptura sacra vel ex declaratione ec/
clesie vel ex eis mediāte silogismo euidente habet̃ q̄
ꝓmisse sunt vere ꝛ ꝯclusio falsa. sicut opꝫ credere q̄
ois ēēntia diuina est pater: ꝛ q̄ filius est ēēntia diui/
na. ꝛ tñ hec est falsa filius est pater ꝛ iō iste discursus
nō vꝫ. Ois ēēntia est pater filius est ēēntia ergo filius
est pater. sed sic non est de isto discursu. Ois essentia
diuina est scita a philosophis esse mortalis: pater est
essentia diuina: ergo pater scitur a philosophis esse
imortalis: non. n. habent̃ premisse in sacra scriptura
vel ex declaratione ecclesie cū opposito ꝯclusionis.
nec illa cōsequētia sequit̃ ex illis euidēter. iō talis dis
cursus est concedendus nisi possit inueniri in sacra
Theologia vel ex declaratione ecclesie vel ex his q̄
euidēter sequit̃ ex talibus q̄ ꝓmisse sint vere cū op/
posito ꝯclusionis. ꝛ iō talis discursus in creatura nū
ꝗ̄ debet negari q: inter creaturas impossibile est q̄
vna res numero simplex ꝛ singularis sit realiter plu
res res distincte. ¶ Alia regula est. qñ in minori ꝓpo
sitione ponit̃ aliqs modus q denotatur cōpetere to/ 4ª rla.
ti ꝓpositioni si in maiore hoc nō denotet̃ nō semꝑ ta
lis discursus regulabit̃ ꝑ dici de oī vel dici de nullo:
sed q: hoc tangit silogismos ex modalibus ideo de
hoc ad ꝓsens supsedeo. ¶ Alia regula est q̄ nullus
terminus in ꝓmissis vel in ꝯclone sumat̃ equoce. Si 5ª rla.
n. aliqs terminus siue in ꝓmissis siue in cōclusione
sumat̃ equoce nō poterit rgulari discursus ꝑ dici de
oī vel ꝑ dici de nullo. ꝛ ideo talis silogismus (ois ca
nis currit celeste sydus est canis ergo syd⁹ celeste cur/
rit) nō regulat̃ ꝑ dici de oī si ly canis sumat̃ equoce.
nā ꝑ illā ꝓpōnē ois canis currit qñ canis supponit ꝓ
aiali latrabili nō denotat̃ nisi q̄ de quocūq̄ dicitur
hoc s̃bm canis qñ supponit ꝓ aiali latrabili q̄ de eo/
dez dicit̃ predicatuz ꝛ nō plus ꝛ iō accipe postea q̄
sydus celeste est canis accipiēdo ꝓ sydere celeste non
est arguere ꝑ dici de oī ꝛ sicut est de isto ita ē de alijs.
¶ Alia regla est q̄ nullū sincathegoreuma nisi forte 6ª rla.
signuz vle vel ꝑticulare addatur s̃bo addatur vel au/
feratur in minore vel cōclusiōe propter illa q̄ sunt in
maiore: ꝛ si qd tale sincathegorēma ponit̃ in maiore
si in illa sit determiatio ꝓdicati oꝫ q̄ in illa ꝓpōne in
q̄ oꝫ poni sit determinatio predicati. si aūt sit in illa
determiatio cōpositiōis oꝫ etiam esse in alia determiatio

illam: hic pater distinguit a filio: non denotat q oē
illud qd est pater hic distinguit a filio. Et sicut est de
istis ita est de alijs pportionabiliter sicut est declaratū
ibidem. ¶ Ultimo dicendū est q ea que sunt in istis
capitulis de uniformi sillogizatione ex ppōnibus de
inec ē de pñti sūt intelligēda qñ oēs ppōnes sūt in re
cto nō in obliquo. nā ille q̄ sūt in obliquo spālē hñt
difficultatē de qbus dicendū est in sequēti capitulo.

¶ Cap. ix. de mixtione quadruplici ex recto ē obliquo valente.

CIrca sillm ex obliqo est sciendus q
qñ maior est ex obliquo ē mi-
nor ex recto semp seqtur ɔclusio ex obli
quo ē regulatur p dici de oī vl de nullo:
dūmodo obliquus cadat a parte eiusdē
extremi in ɔclusiōe a parte cuius cadit in maiore: ita
Eo mō q si sbm maioris sit terius obliquus opz q sbm con
suppleq̄ clusionis sit terius obliquus. vnde oēs tales silli re-
obliqu⁹ gulantur p dici de oī vel dici de nullo. Oēm hoiem
potest eē videt asinus: sor. est homo ergo sortē videt asinus.
sbm cuiuslз hois est asin⁹: sor. est hō ergo sortis est asin⁹.
ois homo videt asinū: sor. est homo ergo sor. videt
asinum. nullū asinū videt hō: brunellus est asinus er
Quottu go brunellum nō videt hō: nullus hō est asini: sor. est
plex sit hō ergo sor. nō est asini. ¶ Sciēdū est etiā q varijs
mixtio i modis esse pōt terius obliquus in sillo. qz aliquādo
sillo ex vtraqз premissarū est de obliquo: ē aliqñ altera tm:
obliquis similr aliqñ vtriusqз sbm est terius obliquus aliquā-
do pdm vtriusqз aliqñ sbm vnius est terius obliqu⁹
aliqñ pdm alterius. ¶ Et alijs modis pñt fieri com
binationes quas longū foret enarrare. ¶ Hoc tñ sci
endum est q preter pdictos modos regulatos p dici
de oī vel de nullo in q̄tuor casibus est bonus discur-
sus ē vbi aliqua pmissa est de obliquo ē nō in alijs.
Prima ¶ Primus est qñ maior est vlis negatiua cuius sbm
mixtio est terius obliquus ē minor est affirmatiua habēs ter
valens minum pdm obliquū: ē tunc seqtur cōclusio ex re-
cto ē non ex obliquo. bene enim seqtur: nullū hoiem
videt asinus: oē risibile videt hoiem ergo nullū risi
bile est asinus. similr bene seqtur nullius hois est asi
nus: oē risibile est hois ergo nullū risibile est asin⁹.
Affir- qz impossibile est q conclusio sit falsa si premisse sint
matiue vere. sed talis modus arguendi ex affirmatiuis non
nō sequi valet. non enim seqtur: oēm hoiem videt asinus: ois
2⁹ mi- equus videt hoiem ergo ois equus est asinus. ¶ Se
xtio va- cundus casus est qñ maior est vlis negatiua hñs pre-
lens dicatum obliquū ē minor est affirmatiua habēs sbm
obliquū tunc seqtur ɔclusio de recto. bene enim se-
qtur: nullus asinus videt hoiem: oē risibile videt asi
Affir- nus ergo nullū risibile est homo. sed si premisse sūt
matiue affirmatiue nō seqtur ɔclusio. nō enim seqtur: ois ho
non seq mo videt asinū: oēm equum videt hō ergo ois equ⁹
3⁹ mi- est asinus. ¶ Terti⁹ casus qñ maior est vlis affirma-
xtio va- tiua de recto ē minor est affirmatiua habēs sbm obli
lens quum tunc seqtur ɔclusio hñs sbm obliquū sicut be
ne seqtur: ois asinus currit: sor. est asinus ergo sortis
est currens. bene etiam seqtur: ois hō est aial: sor. vi-
det homo ergo sortē videt aial: sed si maior sit nega
tiua nō seqtur. nō enim seqtur: nullus equus est asin⁹:
cuiuslibet hois est equus ergo nullius hois est asin⁹.
¶ Quartus casus est qñ maior est affirmatiua de re 4⁹ mi-
cto ē minor hñs pdm obliquū ē tūc seqtur ɔclusio xtio va-
habens pdm obliquū. nā seqtur: ois homo est aial: lens
asinus est hois ergo asinus est aialis. similr bene seq
tur: ois homo currit: sortem videt hoiem ergo sor.
videt currentē. ¶ Sed si maior sit negatiua nō seq-
tur. nō enim seqtur: nullū risibile est asinus: ois ho-
mo videt risibile ergo nullus hō videt asinum. ¶ In
alijs casibus nō tenet processus qñ aliqua premissarum
est de obliquo sed sp seruande sunt regule posite in
prioribus capitulis. ppter qd talis discursus nō valet:
ois homo videt asinū: tm̄ risibile est homo ergo tm̄
risibile videt asinum. ois homo est asinus: oē album
preter sor. est hō: ergo oē album preter sor. est asinus
ē huiusmodi: siue arguatur ex terminis precise im-
portantibus res creatas siue increatas.

¶ Cap. x. de sillis scde figure ē q sint modi vtiles ē q inutiles ē quō teneāt tā in accñtib⁹ terio q̄ sbalib⁹.

POst predicta videndum est
quō talis sillo
gismus in scda figura hz fieri ex ppōni-
bus de recto. Est pmo sciēdū q semp in
scda figura altera premissarū dz esse ne-
gatiua nisi in duabus casibus d qbus dicet inferius.
¶ Cuius rō est nā scda figura est qñ medius terius Cur sp
pdtur in vtraqз sed nunc est ita q supius pdtur vlr de in 2ª fi-
quolibet inferiori vbi tm̄ vnum inferius vlr negatur gura ar
de reliquo ergo p tale mediū qd pdtur d vtroqз nū q̄ guamus
potest ɔcludi vnum extremū affirmari de reliquo er negatiue
go p talē discursum precise potest ɔcludi vnū extre-
mum negari de reliquo ē p ɔñs opz q altera premis
sarum sit negatiua cū ex affirmatiuis nō q̄ sequatur Notan-
sillogistice ɔclusio negatiua. ¶ Secūdo sciendū est dū ma
q in scda figura opz q maior sit vlis nā si maior eēt iorē i 2ª
particularis siue affirmatiua siue negatiua posset me figu. eē
dium pmo affirmari particulariter vel negari de su- vlem
periore ē postea vlr negari vel affirmari de inferiori oportet
ad illud supius ē tunc nō seqtur illud supius vlr nec
particulariter negari ab inferiori. verbi gra cū hoc
q aial particulariter affirmat de sba ē vlr negatur a
lapide: nō seqtur q sba vlr vel particulariter negat a
lapide. Nō. n. seqtur: aliqua sba est aial: nullus lapis
est aialis ergo aliqs lapis non est sba. silr ex hoc q
aial particulariter negat a sba ē vlr affirmat de hoie
nō seqtur q sba negat particulariter d hoie. Nō enī
seqtur: aliq̄ sba non est aial: ois hō est aial ergo aliqs
hō nō est sba. ¶ Et ideo cā q̄re maior in scda figura
nō pōt esse particularis est qz vnū inferius puta a. pōt
pticulr negari a suo supiori puta a. b. ē illud pdm
inferius. s. a potest vlr negari a. c. qd est inferius ad
b. ē vlr affirmari de. d. quod est etiā inferius ad b. ē
tñ illud supius. s. b. a nullo suo inferiori vere nega-
tur nec vlr nec particulariter. sicut aial particulari-
ter negatur a sba ē vlr negatur a lapide ē vlr predi-
catur de hoie ē tñ substātia predicatur de oībus istis Cur. 4.
vniuersaliter. ¶ Ex istis duobus etiā seqtur q in se- tm̄ sunt
cunda figura nō sunt nisi quatuor modi cōbinationū modi in
vtiliū directe ɔcludentiū. ¶ Nā si vtraqз pmissarū sit 2ª figu.

negatiua possunt fieri q̄tuor cōbinationes p vniu̇sale & pticulare sed quilz erit inutilis: q2 semp alterā ꝓmissarum oz esse affirmatiuā. si āt vtraq3 sit affirmatiua possunt fieri q̄tuor cōbinationes p vl̄e & particulare: sed quilz erit inutilis q2 dictū est ꝙ in sc̄da figura opz alterā ꝓmissarum esse negatiuā. & ita habemus q̄tuor cōbinationes inutiles. si aūt vna sit affirmatiua & alia negatiua. aut ergo maior est affirmatiua & minor negatiā aut ecōuerso. si primo mō pn̄t fieri q̄tuor cōbinationes p pticulare & vniu̇sale: q2 aut vtraq3 est vniu̇salis & tunc habet secundus modus vtilis .s. camestres. in quo maior est vniu̇salis affirmatiua & minor vniu̇salis negatiua. Aut vtraq3 ē pticularis & tunc est ꝯbinatio inutilis q2 dictū est ꝙ semp maior debet esse vniu̇salis. aut maior ē vniu̇salis affirmatiua & minor pticularis negatiua & tūc est q̄rtus modus .s. baroco. Aut maior est pticularis & minor vniu̇salis & tūc est ꝯbinatio inutilis q2 dictū est ꝙ maior debet esse vniu̇salis. si aūt sit ecōuerso .s. ꝙ maior est negatiua & minor affirmatiua adhuc possunt fieri q̄tuor cōbinationes p pticulare & vniu̇sale. Quia aut vtraq3 est vniu̇salis & sic habet primus modus secūde figure in quo maior est vniu̇salis negatiua & minor vniu̇salis affirmatiua .s. cesare. Aut vtraq3 est pticularis & tūc est cōbinatio inutilis ꝓpter cā3 sepius dictam. Aut maior est vniu̇salis & minor pticularis & sic est t̄tius modus .s. festino. aut maior est pticularis & minor vniu̇salis & sic est combinatio inutilis ꝓpter cām sepius dictā. ¶ Sic ergo patet ꝙ cū nō possint fieri nisi sexdecim ꝯbinationes p istas q̄tuor differētias: vniu̇sale: pticulare: negatiuū: affirmatiuū: duodecim sunt inutiles & q̄tuor vtiles quoꝝ exēpla sunt ista: lapis est aial ois hō est aial ergo null⁹ hō est lapis. ois hō est rōnalis nullus asinus est rōnalis ergo nullus asinus est hō. nullus hō est lapis quedā sba est lapis

Ex^a vtiliū cōbinatōu3

ergo q̄da3 sba nō est hō. ois hō est animal: q̄da3 sba nō est animal ergo q̄da3 sba nō est hō. ¶ Exēpla cōbinationū inutiliū sunt ista ois hō est aial ois asinus est animal ergo ois asinus est hō & hoc exēplu3 sufficit ad ꝓbandū ꝙ ex ꝯibus affirmatiuis q̄litercunq3 cōbinant p vniu̇sale & p pticulare nō ꝯtingit arguere in secūda figura ex quo cū ex ꝯbabus vniu̇salibus affirmatis fiat vniu̇salis negatiua & cū eisde3 pticularib⁹ fiat negatiua de eisdē t̄minis. p ꝯbobus negatiuis fit illud exēplū: nullu3 animal est albedo nullus hō est albedo & fiat cū hoc ꝙ ōnis hō est animal & sic habemus octo ꝯbinatiōes inutiles. p aliis q̄tuor sunt ista exēpla. Quedā sbē nō est animal ois hō est animal & fiat ꝙ ōnis hō est sba. quoddā animal est sba null⁹ lapis est animal & fiat ꝙ ōnis lapis est sba: & ista exēpla sufficiāt ad ꝓbandu3 ꝙ alii duo mōi quoꝝ vterq3 est ex vna pticulari affirmatiua & pticulari negatiua nō valēt. ¶ Et iō sciendū est ꝙ q̄tuor ꝓdicti mōi

Ex^a inutiliū cōbinationu3.

ita tenēt in t̄minis accn̄talibus sicut in t̄minis substātialibus. nā nihil p̄cimus refert ad bōitatē silogismi an termini sint sbales an accn̄tales. & iō ꝯmutatio vnius ꝑdicamēti in aliud vel q̄legd in hoc aliqd vel ecōuerso nō facit fallatiā figure dictiōis nec accn̄tis in predictis: dūmodo alie circūstātie debite obseruentur & iō

Istos modos tene in t̄rmis accn̄talib⁹

in talib⁹ nulla est fallā: Ois ēcntia diuina itelligit a me: nulla sapia diuina itelligit a me ergo nulla sapia diuina est ēcntia diuina. Ois intellectus diuinus est ꝑn^m ꝓducēdi filiū nulla volūtas diuina est ꝑn^m ꝓducēdū filiū ergo nulla volūtas diuina est intellectus diuinus: Ois voluntas diuina est principium ꝓducendi spiritum sanctum: nullum velle diuinum est principium ꝓducendi spiritumsanctū ergo nullum velle diuinum est voluntas diuina. Nullum veniens cognoscit a me: chorus cuiuscognoscitur a me ergo chorus cuius non est veniens: Nulla differentia indiuidualis est realiter ꝯmunicabilis: ois natura specifica est realiter cōmunicabilis ergo nulla natura specifica est realiter differētia indiuidualis. ¶ Uerumtū si aliqs terminoꝝ positorum in predictis silogismis vel in aliquo eorum includit equalenter aliquod sincathegoreuma quo expresso silogismus nō tenet q2 nō cōuenienter ordinatur in modo & in figura tunc talis sillus non valet Sed posset ita ꝯtingere in terminis sbalib⁹ sicut in accidētalibus vn̄ sic arguendo: ois hō est risibilis nulla humanitas est risibilis ergo nulla humanitas est hō: non v3: si ly humanitas includat equalenter hoc sincathegoreuma per se primo mō & talis defect⁹ posset hic assignari: Nullus hō est aial oē risibile est aial ergo nullum risibile est hō: p aliculus determinati sincathegoreumatis inclusionē. ¶ Ideo dicendum est ꝙ sicut in prima figura qn̄ premisse sunt disposite in mō & in figura non potest aliquis defectus plus assignari si oēs termini sint de genere accn̄tis vel vnus de genere sbē & alius de genere accidentis q̄ si essent oēs de genere sbē vel oēs de aliquo alio ꝑdicamento ita in secunda figura non plus peccat discursus qn̄ fit in terminis accn̄talib⁹ precise vl̄ ex vno termino substātiali & aliis accn̄talibus siue ecōuerso q̄ si fieret in oibus terminis sbalibus & ideo vbicunq3 seruatur talis modus arguendi est bonus silogismus nisi impediatur p equocationē: vl̄ āphibologiam: vel cōpōnē & diuisionē: vel p accn̄s vl̄ p hoc ꝙ aliquis terminus est importans aliq̄ rem q̄ est plures res & cuiusmodi est essentia diuina vel p aliquem talem defectū q̄ ita potest inueniri in terminis sbalibus sicut accn̄talibus & ecōuerso. & ideo Philosophus in ii. priorum ad ꝓbandum aliquos modos cōbinationum inutilium non tm̄ instat p terminos sbales sed etiā p terminos accn̄tales: sicut p huiusmodi album: nigrū: corpus: currens: mouens: aial: & huiusmodi. Et ideo oēs silogismi eque valeāt in terminis accn̄talib⁹ sicut sbalibus. Un̄ errant q volunt semp assignare fallaciam accn̄tis qn̄ aliqd prio attribuitur rei sbiecte & postea accn̄ti. sic. n. eēt hic fallacia accn̄tis. Ois hō est aial aliquod album est hō ergo aliquod album est aial. & hic: nullus hō est albus oē calidum est album ergo nullum calidum est hō: quod nullus diceret nisi qui ignoraret modum argumentādi. ¶ Sciēdū est etiā ꝙ ille regule q̄ dicte sunt prius circa primam figura3 sunt et seruāde circa secundam: & iō tot modis pōt fallere discursus in secunda figura & ꝓpter eosdem defectus propter quos in prima. vn̄ sicut ex premissis in prima figura aliqn̄ sequūtur plures cōclusiōes:

Error q̄rundā

⁊ propter hoc ponuntur aliqui modi ↄcludentes indirecte ita est etiã in secũda figura: vñ ex premissis sillogismorum vlium sequũtur quatuor conclusiones .s. due directe vlis negatiua ⁊ sua subalterna ⁊ due indirecte .s. cõuersa prime cõclusionis vlis ⁊ subalt'na eiusdem. ¶ Ex premissis aũt sillogismorũ particularium sequitur vna sola cõclusio .s. particularis negatiua q2 illa nõ est cõuertibilis nec simpliciter nec p accidens sed ex premissis transpositis terminis nõ sequitur aliqua cõclusio in secunda figura q2 tunc premisse essent in tertia figura disposite.

¶ Cap. xi. de reductiõe sill'orum scd'e figure in mõs pme: ⁊ ꝙ oẽs q̃tuor illi mõi scd'e figure possunt reduci per impos. ex contradictorijs vel contrarijs.

Notandum est ꝙ sillogismi in secunda figura nõ sunt ex se apparẽtes sed habẽt reduci ad sillogismos prime figure ⁊ hoc per ↄuersionez vel per impossibile. per ↄuersionez aũt reducunt nisi tres primi. ¶ Vñ primus modus reducitur per solã ↄuersionez minoris q2 ↄuersa maiore fit sillogismus in prima figura sicut de se pz. ¶ Et pz talis modus arguẽdi per ↄuersionem p istã

ↄñarũ regule. regulaz. ¶ Quicqd seqtur ad ↄñs sequitur ad añs eiusdem. ¶ Secũdus modus reducit p ↄuersionez minoris ppõis ⁊ transpositionẽ ppositionũ ⁊ ↄuersionez cõclusionis. ¶ Tertius modus reducitur per

Cur. 4. mod'ũ ñ reducat p ↄũsionem. solam ↄuersionẽ maioris. ¶ Sed q̃rtus modus nõ potest reduci p ↄuersionez q2 si sua maior ↄuerteret premisse disponerent in prima figura sed maior esset particularis ⁊ ita nõ disponeret in modo minor aũt nõ potest ↄuerti cum sit pticularis negatiua q̃ nõ põt cõuerti. sed ille q̃rtus modus sicut q̃libet alius reducitur per impossibile. vñ ille q̃rtus modus reducit ad primum modũ prime figure arguẽdo ex ↄ̃dictorio ↄclusionis ⁊ maiore inferendo ↄ̃dictoriũ minoris. vt si fiat talis sillogismus in quarto mõ secũde figure. ois hõ est aial ⁊ q̃dam sba nõ est aial ergo q̃dam sba non est hõ: accipiatur ↄ̃dictoria illius ↄclusionis quedam sba nõ est hõ: que est ista: ois sba est homo. Et arguitur sic ois homo est animal: ois sba ẽ hõ ergo ois sba est aial: que est ↄ̃dictoria prime minoris ⁊ tenet ois reductio p impossibile per istam regulaz. oppositum cõsequẽtis nõ stat cuz añte igitur ↄñs bo-

Regle ↄñarũ na. ¶ Vñ si talis sillogismus nõ valeret tunc oppositũ cõclusionis staret cũ premissis: sed hoc est falsum q2 tunc oporteret premissas esse veras ⁊ etiã oppositũ cõclusionis esse simul verũ ⁊ per ↄñs oppositum cõclusionis ⁊ vna premissarũ nõ inferret oppositũ alterius

Plerarũ ↄña rũ quas moderni sophiste sepe vtunt. premisse q2 oppositũ staret. ⁊ ita vĩr qñ ex opposito ↄclusionis cũ altera premissaruz infertur oppositũ alterius premisse semp discursus bonus est per hanc rlam: oppositum cõsequentis nõ stat cum añte ergo ↄña est bona. ¶ Silr primus modus secũde figure reducitur in secũdũ modũ prime figure arguendo ex ↄ̃ria cõclusionis q̃ est vlis affirmatiua ponẽdo eã

Reductiõ pmi modi p loco minoris: ⁊ maiore negatiua inferendo ↄ̃riã minoris que est vlis negatiua. ¶ Secũdus modus reducitur in primũ modum prime figure arguẽdo ex eadem maiore q̃ prius ⁊ ↄtraria cõclusionis que est vlis affirmatiua inferendo ↄ̃riã minoris. ¶ Terti' modus reducitur in secunduz moduz prime figure arguendo ex eadẽ maiore ⁊ ↄ̃dictoria ↄclusiõis inferendo ↄ̃dictorium minoris. ¶ Sic ergo oẽs sillogismi secũde figure reducũtur in sillogismos prime figure .s. in duos primos mõs arguẽdo semp ex maiore qua prius ⁊ ex ↄ̃ria vel ↄ̃dictoria ↄclusiõis inferẽdo ↄ̃riã vel ↄ̃dictoriam minoris virtute illius rle: oppositũ ↄñtis nõ stat cuz añte ergo prima ↄña bona. ¶ Vñ sciendũ est ꝙ nunq̃ vz sillogismus in secunda figura nisi possit reduci in sillogismũ prime figure vel per cõuersionẽ vel per impossibile ⁊ ppter hoc dictũ est prius ꝙ ois sillogism' regulat p dici de oi vel de nullo mediate vel immediate.

p ipõs ex ↄ̃rijs Secũdi modi reductio p ipos. ex ↄ̃rijs Reductio tertij modi p impos. Sciẽdũ

¶ Cap. xij. quomodo ex obliquis possit fieri sillogismus in secunda figura.

Ex istis dictis etiam patet qñ sillus ex obliquo valet in secũda figura. Primo q2 si vtraq3 premissarũ sit de obliquo a parte sbi seqtur cõclusio in recto sic dicendo: nullũ equũ videt asinus: oẽz hoiem videt asin' ergo nullus hõ est equus. silr seqt: cuiuslz hois est asin' ⁊ nullus risibilis est asinus ergo nullũ risibile est hõ. silr si vtraq3 premissarũ hẽret predicatum obliquũ seqtur cõclusio de recto sic: nullus asin' est hois: ois bos est hois ergo nullus bos est asinus. silr si maior affirmatiua sit in recto ⁊ minor habens sbm obliquũ sequitur cõclusio habẽs sbm obliquũ sic: ois asinus est aial: nullius hois est aial ergo nullius hois est asinus. silr si maior sit de recto ⁊ minor negatiua hñs predicatũ obliquũ sequit cõclusio habẽs predicatuz obliquũ sicut ois hõ est aial nullus asinus est aial ergo nullus asinus est hois. Silr si maior sit negatiua habens predicatũ obliquũ ⁊ minor de recto sequitur cõclusio habens sbm obliquum. vñ bene sequitur: nullus hõ videt asinũ: oẽ risibile est asinus ergo nullum risibile videt homo. In alijs casibus non sequitur cõclusio. predicta patere possunt cõuertendo ppositiones ⁊ reducendo in primam figuram vel arguendo ex opposito.

¶ Cap. xiij. in quibus casibus contingat arguere affirmatiue in secunda figura.

Quamuis dictum sit superius ꝙ ex affirmatiuis non cõtingit arguere in secunda figura tñ ab ista regula generali sunt duo casus excipiendi. Primus si medius terminus sit terminus discretus. tunc .n. ex duabus affirmatiuis cõtingit inferre ↄclusionem affirmatiuaz sicut bene sequitur. Ois hõ est sor. plato est sor. ergo plato est hõ: ⁊ patet talis sillogismus regulari q2 cõuersis propositionibus erit sillogismus expositorius in tertia figura. ¶ Secũdus casus est qñ medius terminus sumitur cum signo vniũsali tunc semper cõtingit inferre cõclusionem affirmatiuam in qua maior extremitas predicatur de minori. bene enim sequitur. Omnis homo est omne risibile sor. est omne risibile er-

Tñ in figura põt fieri sill's ex positorius.

go sor. est homo. ¶ Iste aūt discursus ꝓbatur per hoc q semp talis ppō maior cōuertit in vnam vlēm affirmatiuā qua ɔuersione facta pȝ q discursus est in prima figura regulatus p dici de oi. bñ enim seqtur aliqs homo est oē aial ergo oē aial est homo ⁊ ideo talis discursus est bonus in scōa figura: oē musicum est ois homo: sor. est ois hō vel hō ergo sor. est musicus. nam cōuersa illa maiore oē musicum est ois hō: in illa: ois homo est musicus: sillus regulabit p dici de oi in prima figura sic arguēdo ois homo est musicus sor. est homo ergo sor. est musicus. ¶ Et est sciē dum q in duobus pdictis casibus nō solum ɔtingit arguere ex vlibus affirmatiuis sed etiā ɔtingit arguere ex oibus affirmatiuis particularibus ⁊ eodeȝ mō ꝓbantur tales silli ex particularibus sicut ex vlibus ⁊ ideo tales regule gñales. ¶ Ex particularibus nihil seqtur: opȝ alteram pmissarū in scōa figura esse negatiuā: intelligēde sunt q nō semp ɔtingit arguere ex particularibus nec sp ex affirmatiuis tñ in predictis casibus ɔtingit arguere taȝ ex particularib⁹ q̄ ex affirmatiuis ⁊ tenet talis discursus nō gratia materie sed gratia forme qr in oi materia obseruato q medius terius sit terius discretus vel sumpt⁹ cum signo vniuersali in maiori discursus est bonus.

Tutius tñ est dicere q ex puris particularib⁹ nihil seqt ex ipuris autē aliqd seq nō est incōueniēs est aūt ipura pticularis si pītō ster discrete aut oi// stributie

¶ Cap. xiiij. de tertia figura ex qbus ɔsten modi ⁊ causis cur ita sit ⁊ in quibus teneat terminis.

Conclusiones 3ᵉ figure posse vlem eē ⁊ cur ista sit

POst hec videndū est quomō in tertia figura sit sillus. ¶ Est autē primo sciendū q in tertia figura nunq̄ potest ɔcludi ɔclusio vlis. q enī vlis affirmatiua nō possit ɔcludi in tertia figura pȝ. nam duo supiora ordinata ꝓm superius possunt vlr pdicari de eodem ɔtento ergo ex hoc q aliqua pdicant vlr de eodem ɔtento nō potest haberi q vnum pdicetur vlr de reliquo. q etiā vlis negatiua nō potest ɔcludi pȝ. nam de eodem subiecto pōt vnum ordinatorū ꝓm supius ⁊ inferius vlr negari ⁊ reliquū vlr affirmari. sicut de aiali vlr negatur lapis ⁊ vlr affirmatur sba ⁊ tñ lapis ⁊ sba se hñt ꝓm supi⁹ ⁊ inferius ergo ex talibus pmissis nunq̄ potest ɔcludi vnum extremum vlr negari a reliquo. ¶ Secundo sciendū est q in tertia figura semp minor dȝ esse affirmatiua ita q nullo modo pōt esse negatiua. ⁊ ratio est ista qr de eodem pōt aliquod supius predicari vlr ⁊ postea inferius remoueri vlr ⁊ tñ ex hoc nō potest cōcludi supius remoueri ab inferiori nec vlr nec particulariter. ¶ Unde aial predicatur de hoie vlr ⁊ asinus remouetur vlr ab hoie ⁊ tñ aial non negatur ab hoie nec vlr nec particulariter. ¶ Ex predictis ⁊ etiā duobus principijs ɔuenientibus oi sillo quoruȝ vnum est q semp altera premissaȝ dȝ esse vlis vel singularis ⁊ aliud q semp altera premissaȝ dȝ esse affirmatiua seqtur q nō sunt nisi sex modi vtiles in tertia figura. Nam hic sicut in alijs a p istas quatuor d̄ias vle particulare affirmatiuū negatiuū possunt tñ fieri sexdecim combinationes. s. octo in qbus sp vtraq̄ premissaȝ est negatiua vel vtraq̄ est particularis: restent ergo alie qr si vtraq̄ sit vlis aut vtraq̄ est affirmatiua ⁊ habetur primus modus. aut maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua ⁊ habet secundus modus aut ecōuerso. ⁊ est tertius modus peccās ɔ̄ principiū ppriū istius figure. ¶ Si autem nō vtraq̄ premissarum sit vlis sed altera tunc aut maior est vlis ⁊ minor particularis vel econuerso si primo mō aut maior est affirmatiua ⁊ minor negatiua ⁊ non valet sicut pȝ. aut ecōuerso ⁊ habetur sextus modus. aut vtraq̄ premissarū est affirmatiua ⁊ habet quartus modus. ¶ Si autem maior sit particularis ⁊ minor vlis aut vtraq̄ est affirmatiua ⁊ est tertius modus. aut maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua ⁊ est qntus modus aut maior affirmatiua ⁊ minor negatiua ⁊ non valet qr peccat ɔ̄ principiū istius figure.

Minorē in 3ᵃ figura sp eē affirmatiuā ⁊ cur h⁹ cōtingat

Correᵐ cur sex tñ sint modi vtiles 3ᵉ figure

¶ Exēpla predictorum possunt esse ista ois homo est aial ois homo est sba ergo aliqua sba est aial. nullus homo est asin⁹ ois homo est aial ergo quoddā aial nō est asin⁹. qdā homo est aial ois homo est sba ergo quedam sba est aial ois homo est aial qdā hō est risibilis ergo quoddam risibile est aial. aliqs homo nō est asinus ois homo est aial ergo aliquod aial non est asinus. nullus homo est asinus qdam hō est aial ergo quoddā aial non est asinus. ¶ Sciendū est etiā q predicti modi ita tenent in terīs accidētalibus sicut in terīs sbalib⁹. vnde tales silli sunt boni. ¶ Nullus homo est ens p accidens aliqs homo est hō albus ergo aliqs homo albus non est ens p accidens. nullus hō distinguitur ꝓm rōnem ab hoie aliqs homo est hō albus ergo aliqs homo albus nō distinguitur ꝓm rōnem ab hoie: nulla essentia diuina distinguitur ꝓm rōnem ab essentia diuina: essentia diuina est sapiētia diuina ergo sapientia diuina nō distinguit ꝓm rōnem ab essentia diuina. ois intellect⁹ speculatiuus informat habitu speculatiuo: intellectus speculatiuus est intellectus practicus ergo intellectus practicus informat habitu speculatiuo. ¶ Uerumtñ in qbusdam predictis potest assignari fallacia equocationis. sed hoc nō obstat qn ibi teneatur forma sillogistica in terīs accidentalibus sicut in terīs substātialibus qr talis defectus. s. equocatio non potest contingere qñ termini sunt sbales ⁊ ideo si de predictis vel aliquo cōsimili inueniatur in aliquo auctore q premisse sint vere ⁊ cōclusio falsa auctoritates sunt glosande vel q loqtur equoce vel non de virtute sermōis. vnde qñ arguitur sic: nullus homo distinguitur rōne ab hoie: hō est homo albus ergo homo albus nō distinguit rōne ab hoie: cōclusio potest distingui eo q ly hō potest supponere psonaliter ⁊ significatiue ⁊ tūc est discursus bonus ⁊ cōclusio vera. vel potest supponere materialiter ⁊ simpliciter ⁊ tunc sillus non valet propter hoc q vnus terius equoce accipitur in vna premissarū ⁊ ɔclusione. ⁊ sicut dictum est de isto ita potest dici de multis alijs cōsimiliter. ¶ Notandū est etiā q regule date de prima figura ⁊ secūda sunt etiā seruande in tertia. ⁊ propter hoc iste discursus non valet: ois homo est aial: tñ homo est risibilis ergo tñ risibile est aial: ⁊ ita est de alijs. ¶ Notandū est etiā q sicut in prima figura aliq modi ɔcludunt indirecte ita etiā in tertia figura: nam qlibȝ modus affirmatiuus ɔcludit duas ɔclusiones. s. vnam directā ⁊ suam cōuersam: modi autem

Exēpla modoȝ vtilium

Sciēdū hos modos tenere ita i oib⁹ terīs

Cautela

Not.

Not.

autem negatiui cõcludunt nisi vnam qr particularis negatiua non cõuertitur. ¶ Sciendũ est etiã q oẽs sillogismi tertie figure reducunt in prima figura vel p cõuersionẽ vel p impossibile. ¶ Unũ primus modus reducit in tertium modũ prime figure p conuersionem minoris. ¶ Secũdus reducit in quartum p cõuersionẽ minoris. ¶ Tertius reducitur in tertiũ p conuersionẽ maioris ꝛ transpositionẽ ꝛ conuersionem cõclusionis. ¶ Quartus reducit p ꝯuersionem minoris. ¶ Sed quintus nõ potest reduci p cõuersionem qr nõ est in ea aliqua ppõ conuertibilis nisi vlis affirmatiua que nõ conuertit nisi in particularẽ ꝛ tũc in sillo in prima figura vtraq premissarũ esset particularis qd non est verũ. ꝛ ideo ille modus reducitur pcise p impossibile sicut oẽs alij p impossibile reducuntur. ¶ Unde sciendũ q quilibet sillus factus in tertia figura reducitur in primã figurã arguẽdo ex opposito ꝯclusionis ꝛ minore inferendo oppositũ ꝯdictorium maioris ꝛ tenet talis reductio p istam regulam: oppositũ conclusiõis nõ stat cum añte ergo ꝯña bona. Sciendũ est tñ q si in quinto modo maior esset singularis posset reduci p cõuersionem minoris: veruntñ talis modus nõ plus deberet poni in sillo quinto modo q̃ in secundo ppter hoc q singularis non plus cõuenit cum particulari q̃ cum vli sed minus.

Mõ reducitur primus modus
Secũd⁹
Tertius
Quart⁹
Quintus
Mõ p impossibile

¶ Cap. xv. de vtilibus ꝛ inutilibus cõbinationibus ex obliquis in tertia figura.

QUantum ad sillos ex obliq̃s in tertia figura est sciendum q in primo mõ pñt fieri. viij. combinatiões: qr aut vtraq premissarũ est de obliquo aut alteratñ vtraq: aut obliquitas est a parte subiecti in vtraq: aut a parte predicati in vtraq: aut a parte subiecti in maiore ꝛ a parte predicati in minore: aut a parte pdicati in maiore ꝛ a parte subiecti in minore: si primo modo sillus nõ valet nõ enim seqtur: cuiuslz hois est asinus: cuiuslz hois est leo ergo leo est asinus vel leo est asini. ¶ Si scdo modo nõ valet. qr nõ seqtur: ois asinus est sortis: ois asinus est platonis ergo plato est sor. vel sortis: nisi si ꝯclusio ꝯcludatur sic: aliqd quod est platonis est sortis ꝯña est bona. ¶ Si tertio modo nõ seqtur. sicut nõ seqtur formalr: oẽm hoiem videt asinus: ois homo videt bouẽ ergo bouẽ videt asinus vel est asin⁹. ¶ Si altera premissarũ sit de obliquo: aut maior aut minor. si maior: aut hz r̃tum obliquum: ꝛ tunc bene tenet: sicut seqt ois asin⁹ est hois: ois asin⁹ est aial: ergo aliqd aial est hois. Aut hz sbm obliquum ꝛ valet: sicut bñ seqt: cuiuslz hois est asin⁹ ois hõ ẽ aial ergo alicuius aialis est asin⁹: si aũt minor sit de obliquo: aut de p̃to obliquo ꝛ valet. sicut bñ seqtur: ois asinus est aial: ois asinus est hois ergo hois est aial. aut est de subiecto obliquo ꝛ seqtur ꝯclusio de pdicato obliquo sicut bene seqtur: ois homo est aial: aliquẽ hoiem videt asinus ergo aliqd asinus videt animal. ¶ Predicte combinatiões pñt fieri circa scdm modum. primo mõ seqtur ꝯclusio in recto sicut nullius hois est asinus cuiuslibet hois est leo ergo aliqs leo nõ est asinus. Secundo etiã mõ seqtur ꝯclo in recto nullus asin⁹ est sortis: oĩs asin⁹ est platonis ergo plato nõ est sor. sz tertio mõ nõ valet nõ enim seqtur nullum hoiem videt asin⁹ ois hõ videt risibile ergo risibile nõ videt asinum. ¶ Si q̃rto mõ nõ seqtur. sicut nõ seqt nullus hõ videt asinũ oẽm hoiem videt rudibile ergo rudibile nõ videt asinum vel nõ est asinus. ¶ Quinto mõ tenet. naz seqt nullius asinus est hois ois asin⁹ est aial ergo aliqd aial nõ est hois. ¶ Sexto mõ tenet sicut pz. ¶ Septimo mõ nõ tenet. si eni vz nullius asinus est bos ois asinus est hois ergo alicui⁹ hois nõ est bos. ¶ Octauo mõ nõ valet. nõ eni seqt nullus hõ est asinus aliquẽ hoiem videt bos ergo aliqs bos nõ videt asinũ. ¶ Per pdictũ modũ potest leuiter sciri qñ sillus valet ex obliq̃s in alijs modis tertie figure ꝛ qñ nõ. ¶ Ultimo pro tota ista parte de sillis ꝛ p sequẽtibus est sciendũ q nunq̃ refert ponere indefinitã p particulari vel econuerso qñ teri supponũt psonaliter ꝛ significatiue qr si teri tam particularis q̃ indefinite supponant psonaliter gñaliter sine instantia particularis ꝛ indefinita conuertuntur.

Inutilis primi modi
Inutilis
Inutilis
Inutilis
Utilis
Utilis
Utilis
Circa 2^m modũ vtilis
Utilis
Inutilis
Utilis
Utilis
Inutilis
Inutilis
Gñalis obseruãtia
Quomo pticularis ꝛ indefinite conuertentia

¶ Cap. xvj. de sillo expositorio ex quibus cõstet ꝛ q̃ ppõ inferat in eo: ꝛ q̃ non. ꝛ quõ valeat ꝛ quõ non.

In sensu diuiso ¶ Et est primo sciendū ꝙ si maior sit de possibili ꝛ minor de ꝯtingenti si sbm maioris supponit ꝓ his q̄ possunt esse ꝛ sbm minoris supponat tm̄ ꝓ his que sunt ꝙ̄ ꝓ his q̄ ꝯtigūt seqꝭ ꝯclo de posi sicut seqꝭ oē qd̄ pōt esse hō pōt esse albū. oē qđ est risibile vel cōtingit eē risibile cōtingit eē hoīez: g° oē risibile ꝯtigit eē album. Si autez sbm maioris supponat ꝓ his q̄ sunt precise: nō valet mixtio. sicut nō seqtur: oē albuz pōt esse hō: cōtingit oēm asinū esse albū. ergo ois asinus potest esse hō. Si maior sit de cōtingenti ꝛ minor de possibili si sbm maioris supponat tāz ꝓ his q̄ sunt ꝙ̄ ꝓ his q̄ cōtingunt valet sillogismus respectu ꝯclusionis de contingenti: ꝛ si aūt supponat ꝓ his que sunt non valet sillogismus. hoc patet ꝑ eosdez terminos.

¶ Cap. lv. in secūda figura.

In scđa fig° si vtraqȝ ꝓpōnuz sumaꝭ in sensu cōp° nō vȝ mixtio sicut nō seqtur: oēz deū esse hoīez est cōtingens: nullā ꝑsonā diuā esse deum est poīe: ergo nullaz ꝑsonā diuā eē deuz est possibile: ¶ Nec seqtur nulluz deum esse hoīem est possibile: oēm ꝑsonam diuinaz esse hoīem est cōtingens: ergo nullā ꝑsonam diuinam esse deum est cōtingens: patet ꝑ eosdem t̄minos ꝙ non valet mixtio si altera p̄missarū vel vtraqȝ sumaꝭ in sensu diuiso:

¶ Cap. lvj. in tertia figura.

In tertia figura si vtraqȝ ꝓpositionū sumatur in sensu cōposito non valet mixtio. sicut nō seqꝭ: oēm hoīem esse deum est possi. oēm hominē esse humanitatez est cōtingens: ergo aliq̄ humanitatē esse deum est possibile. ¶ Nec etiaz valet si maior sit de cōtingenti ꝛ minor de possi. patet ꝑ eosdē t̄minos ꝙ nō valet mixtio si altera sumaꝭ in sensu cōposito ꝛ altera in sensu diuiso. si autē vtraqȝ sumaꝭ in sensu diuiso si sbm illi° de possi. supponat ꝓ his q̄ possunt eē ꝛ sit maior seqtur ꝯclusio đ possi. sicut seqꝭ: ois hō potest esse hūanitas: oēm hominē ꝯtingit esse deū: ergo de° pōt esse hūanitas: sbo vtriusqȝ sūpto ꝓ his q̄ pñt esse ꝛ ꝓ his q̄ sūt nō aīr vȝ.

¶ Cap. lvij. de mixtione pos. ꝛ impos. ꝛc.

Sequitur videre de mixtiōe possi. ꝛ impossi. sed de ea pōt patere ex illis q̄ dicta sūt circa mixtionez necrij ꝛ possi. ꝓ eo ꝙ sꝑ illa de īpossi. equalet alicui đ necrio ꝛ đ ea nō pl° ad pñs.

¶ Cap. lviij. de mixtiōe pos. ꝛ aliorum modorum

De mixtiōe ꝓpōis de possi. ꝛ aliorꝫ modorū a q̄tuor famosis dicēduz est post hec. Et p° in p° fig° dicēdū est ꝙ talis mixtio nō vȝ si ābe p̄misse sumāꝭ in sēsu cōp° sicˉ nō seqꝭ: oē aīal eē hoīez ē scitū a te: oēm asinū esse aīal est possi. ergo oēm asinū eē hoīem est scituz a te. vel est possi.

¶ Tñ quandocūqȝ aliqs modus sūptus est inferior ad necessariū cuiusmōi sunt tales modi: ꝑ se: ðm̄ fabile: ꝑ se notuz: ꝛ hmōi: sꝑ ex tali maiore de tali mō ꝛ miore de pos. seqꝭ cōclusio de possi. ꝛ si maior fuerit de possi. ꝛ minor de tali mō. Et ratio est. qr illa ꝓpō de tali modo infert illaz de necrio in eodē sensu. sed dictū est prius ꝙ ex tali de necrio ꝛ tali de possi. mixtio valet respectu cōclusionis de possi. Proportionabiliter dicendū est de illa mixtione qñ altera sumitur in sensu diuiso ꝛ altera in sensu cōposito. si autē vtraqȝ sumatur in sensu cōposito ꝛ maior fuerit de possi. ꝛ minor de alio modo q̄ infert vnā de inceē qr ex tali de possi. ꝛ illa de inceē seqtur cōclusio de possi. in eodez sensu sicut dictū est prius. Si autem maior non inferat suam de inceē non valet. non. n. seqtur ois hō potest eē deus sor. creditur eē hō ergo sor. potest eē deus. Si autē illa de possi. fuerit minor raro vel nū ꝙ̄ valet mixtio. sicut nō seqtur: ois hō scitur eē deus: humanitas potest eē homo: igitur humanitas potest esse deus: vel scitur esse deus.

Altena/to sensu

¶ Cap. lix. in secunda figura.

Si vtraque illarū ꝓpōnuz sumatur in sensu cōposito non valet mixtio si ille modus nō sit inferior ad necrium vel equalēs in secunda figura. sicut nō seqꝭ: nullū deuz eē hoīem est scitū a te: q̄lz ꝑsonam diuiuā eē hoīem est possi. ergo nullā ꝑsonam diuinā eē deum est possi. ¶ Nec seqtur: oēz deum eē hoīem est scitū a te: nullā ꝑsonā diuiuā eē hoīem est possi. ergo nullā ꝑsonam diuinā eē deum est possi. Si autē illa de mō inferat illam de necrio seqtur ꝯclusio de possi. Silr si altera sumaꝭ in sensu cōposito ꝛ altera in sensu diuiso si illa de mō nō inferat illā de necrio nō valet mixtio: si inferat eā valet respectu ꝯclusionis de possi. si autē vtraqȝ sumaꝭ in sensu diuiso ꝛ illa alia de mō nō inferat illā de necrio nō valet mixtio. sicut nō seqtur: ois deus sciꝭ eē hō: q̄lz ꝑsona diuina pōt non eē hō. igitur q̄lz ꝑsona diuina pōt non eē deus. Nec seqꝭ ois ꝑsona diua pōt non eē hō. ois hō scitur eē hō: g° ois de° pōt nō eē ꝑsona diua. si autez illa de mō inferat illā de necrio vȝ talꝭ mixtio qñ ex illa đ necrio ꝛ alia đ pos. vȝ mixtio.

¶ Cap. lx. in tertia figura.

Quando autē p̄misse tales disponunꝭ in tertia fig° si vtraqȝ sumaꝭ in sensu cōposito si illa de mō nō inferat illā de necrio nō valet mixtio. sicut nō seqꝭ: oēz hoīez eē deuz eē scituz est scitū a te: oēz hoīez eē hūanitatē est possi. ergo aliq̄ hūanitatē eē deum est possi. Sed si illa de mō inferat illā de necrio mixtio est bōa tenens virtute istius rēe: Si p̄misse sint pos. ꝛ cōplēs ꝯclusio est possi. virtute isti°. Oē necriuz est pos. Si autē illa de possi. sumatur in sensu composito ꝛ altera i sensu diuiso: si illa de possi. fuerit maior nō seqꝭ ꝯclusio de possi. si illa de mō nō inferat illā de necrio. sicut nō seqtur: oēz hoīez eē deū ē possi. ois hō sciꝭ eē hūanitas: ergo aliq̄ hūanitatē eē deum est possi. Similr nō valet si mior fuerit đ pos. ꝑ eosdē terīos. Si āt ille de possi.

sumatur in sensu diuiso et illa de alio modo in sensu composito si illa de possi. fuerit maior non sequitur conclusio de possi. si minor inferat suam de ineé. et hoc est verum quando maior est vlis. econuerso est quando maior est particularis. ¶ Et ratio est. quia illa de modo sicut dictum est infert suam de ineé sed ex tali de possi. et ex illa de ineé est talis mixtio inconueniens sicut dictum est prius. Si autem illa de possi. fuerit minor valet mixtio. sicut sequitur: omnem hominem eé deum est scitum a te: omnis homo potest eé humanitas: ergo aliqua humanitas pot eé deus: sumpto subiecto conclusionis pro eo quod potest eé. Si autem vtraque sumatur in sensu diuiso vel mixtio respectu conclusionis de possi. quando illa de modo infert suam de ineé.

¶ Cap. lxi. de mixtione contingendis et aliorum.

Ultimo videndum est de mixtione propositionis de contingenti et ceterarum propositionum modalium. ¶ Et primo de mixtione ex propositione de contingenti et de impossi. sed ista patet ex mixtione contingentia et necessarij propter causam sepius dictam ideo dicendum est de mixtione contingentia et aliarum modalium et primo

In prima figura. In prima figura. ¶ Et est sciendum quod si vtraque sumatur in sensu composito si illa de modo non inferat illam de necessario mixtio non valet sicut non sequitur omne animal esse hominem est scitum a te: omnem asinum esse animal est contingens ergo omnem asinum esse hominem est contingens vel possi. nec sequitur: omne animal esse hominem est contingens: omne asinum esse animal est scitum a te: ergo omnem asinum esse hominem est possi. vel contingens. ¶ Si autem illa de modo inferat illam de necessario mixtio est bona. quia ex tali de necessario et de possi. sequitur conclusio de possi. sicut dictum est prius. sed illa de possi.

Alternatim. sequitur ad illam de contingenti ergo etc. ¶ Si autem illa de contingenti sumatur in sensu composito et alia in sensu diuiso si illa de contingenti fuerit maior non valet mixtio. sicut non sequitur: omne album esse hominem est contingens: omnis asinus scitur esse albus: ergo omnem asinum eé hominem est possi. ¶ Si autem illa de modo inferat illam de necessario mixtio est bona. Similiter dicendum est si illa de contingenti sit minor si autem illa de contingenti sumatur in sensu diuiso si sit maior semper sequitur conclusio de possi. quando minor infert suam de ineé et aliter non. quia dictum est prius quod ex tali contingenti et illa de inesse sequitur conclusio de possi. Si autem minor non infert suam de ineé non valet mixtio. sicut non sequitur: omne album esse hominem est scitum a te: omnis asinus contingenter est albus: ergo omnis asinus potest eé homo. ¶ Si autem vtraque sumatur in

In sensu diuiso. sensu diuiso si maior fuerit de contingenti sequitur conclusio de possi. quando minor infert suam de ineé. sed quando non infert suam de ineé non valet. Si autem illa de contingenti fuerit minor non valet. sicut non sequitur omne album scitur a te eé homo: omnis asinus contingenter est albus ergo omnis asinus pot eé homo.

¶ Cap. lxij. in secunda figura.

In secunda figura si vtraque propositio sumatur in sensu composito non valet mixtio respectu conclusionis de contingenti nec respectu conclusionis de possi. nisi illa de alio modo in ferat illam de necessario. vnde non sequitur: omnem deum esse hominem est scitum a te: quamlibet personam diuinam non esse hominem est contingens: ergo quamlibet personam diuinam non esse deum est possi. ¶ Nec sequitur: nullum deum esse hominem est scitum: quamlibet personam diuinam esse hominem est contingens: ergo quamlibet personam diuinam non esse deum est possi. Si autem illa de modo infert illam de necessario mixtio est bona. si autem illa de contingenti sumatur in sensu composito et illa de alio modo in sensu diuiso si illa de contingenti fuerit negatiua non valet mixtio. sicut non sequitur: nullum deum esse hominem est contingens: quelibet persona diuina scitur esse homo: ergo quelibet persona diuina potest non esse deus. Similiter si affirmatiua fuerit de contingenti non valet. non enim sequitur: omnem deum esse hominem est contingens: quelibet persona diuina scitur non esse homo: ergo quelibet persona diuina potest non eé deus. ¶ Si

Alternatim. autem illa de contingenti sumatur in sensu diuiso et alia in sensu composito non valet mixtio. patet per eosdem terminos. Et si vtraque sumatur in sensu diuiso etiam mixtio non valet sicut patet per eosdem terminos.

¶ Cap. lxiij. in tertia figura.

In tertia figura si vtraque sumatur in sensu composito non valet mixtio respectu conclusionis de contingenti vel respectu conclusionis de possibili nisi illa de alio modo inferat illa de necessario. sicut non sequitur: omnem hominem esse deum est scitum a te: omnem hominem esse humanitatem est contingens: ergo aliquam humanitatem esse deum est possibile. ¶ Consimiliter est dicendum quando illa de

Alternatim. contingenti sumitur in sensu composito et alia in sensu diuiso. si autem illa de contingenti sumatur in sensu diuiso et subiectum supponat pro his que sunt et fuerit vlis et alia de modo inferat suam de ineé sequitur conclusio de contingenti et similiter est quando est econuerso. Si autem vtraque sumatur in sensu diuiso valet mixtio quando illa de

In sensu diuiso. alio modo infert suam de ineé. ¶ Et ista de mixtionibus ad presens sufficiant quamuis multa causa breuitatis sint omissa que tamen a studiosis elici possunt. Si que

Si contingenter ponere etc. autem dicta Aristo. istis contrarientur aut per aliqua superius dicta possunt solui quorum etiam solutio patebit expressius supra librum priorum si contingat me illum librum exponere.

¶ Cap. lxiiij. de mixtione aliorum modorum vt in pluribus inutili.

Si autem fiat mixtio ex propositionibus modalibus aliorum modorum ab illis quatuor. Aut vtraque propositio sumitur in sensu composito: siue in tali sensu per quem denotatur modus verificari de sua de ineé. Aut sub alio et alio sensu. Si primo modo raro vel nunquam valet mixtio. quia nunquam valet nisi quando tales modi non possunt verificari de premissis nisi aliquo illorum verificet de conclusione sequente ex premissis. quod non semper tenet. quia quamuis vna premissa sit scita et alia credita non oportet conclusionem credi vel sciri. et ita est de alijs. Si autem premisse sumantur in alio sensu: tunc si minor inferat suam de ineé in prima figura

semper conclusio

semp 9clusio segtur in eadem figura de eodem mõ de quo est maior. sicut segtur: ois homo p se est aial: aliquod albũ scitur esse homo: ergo aliquod albũ p se est aial. qz ex eadem maiore ⁊ illa de inesse segtur eadem conclusio. ⁊ p consequens eadem conclusio sequitur ex maiore ⁊ antecedente ad illam de inesse. ¶ Per pdicta põt studiosus cognoscere qñ mixtio in talibus valet ⁊ qñ non etiam in aliis figuris.

¶ Cap. lxv. de mixtione propositionum habentiuz exponentes in tribus figuris.

POstq̃z visum est qño sillus fit ex ppõnib⁹ tam de inesse q̃ de modo que plures exponentes non habent: videnduz est qño sillus fit ex ppõnibus plures exponentes habentibus. cuiusmodi sunt exclusiue: exceptiue: ⁊ ⁊ reduplicatiue. ⁊ hmõi. de qbus dictum est prius.

Gñalis regula ¶ Pro qbus vidẽdũ est ista regula gñaliter. ¶ Qñ qñcunq3 quelibet exponens 9clusionis vel ipsa 9clo segtur ex aliqbus exponentibus premissarum vel ex vna exponente vnius pmisse ⁊ alia premissa semp est bonus sillus: ⁊ aliter non. Et ideo ad videndũ an talis discursus sit bonus vel non: op3 diligenter videre que sunt exponẽtes talium premissar ⁊ 9clonis ⁊ qño se habent sm 9ñam ad inuicem. ¶ Sicut ad videndũ an iste discursus sit bonus: ois homo in q̃tũ risibilis est hõ aial ẽ hõ: ergo aial inquãtũ risibile est hõ: op3 videre exponẽtes maioris ⁊ 9clonis. Unde exponẽtes maioris sunt iste: ois homo est homo. ois homo est risibilis: oẽ risibile est homo: si aliquid est hõ ipm est risibile. Exponẽtes 9clonis sunt iste: aial est homo aial est risibile: omne risibile est homo: si aliqd est risibile ipm est homo: nunc autem segtur: ois homo est homo: ergo aial est homo: similr segtur: ois homo est risibilis: ergo aial ẽ risibile: sic due exponentes conclusionis sunt exponentes maioris. Ex quo patet q oẽs exponentes 9clusionis sequuntur ex añte ⁊ ita discursus est bonus. ¶ Et ideo ois talis discursus est bonus. ¶ Qualz logicus inquãtũ

Logic⁹ inquantum ⁊c. logicus differt a grãmatico: grãmaticus est logicus ergo grãmaticus in q̃tũ logic⁹ differt a grãmatico. ¶ Sz maior est falsa. Ex isto p3 q sp in pria figura ex maiore reduplicatiua ⁊ minore reduplicatiua vel nõ reduplicatiua segt 9clo reduplicatiua. sicut segt: ois hõ inquãtũ rõnalis est susceptiuus discipline: aial est homo in q̃tum rationale: ergo aial in q̃tum rationale est susceptibile discipline: oẽ agens in q̃tum agens differt a passo: aliquod passum est agens: ergo aliquod passuz inquãtum agens differt a passo: ⁊ nõ solum segtur 9clusio reduplicatiua sed etiam segtur conclusio sine reduplicatione que est preiacẽs illius reduplicatiue. ¶ Quod autẽ oẽs tales silli sunt boni: p3. quelib3 exponens 9ñtis segtur ex aliqua exponente añtis vel ex alia exponẽte ⁊ minore: vel est eadem cũ aliqua exponente maioris. ¶ Sed si minor fuerit reduplicatiua ⁊ maior nõ: q̃uis sequatur conclusio sine reduplicatione non tñ segtur conclusio cum reduplicatione. ¶ Unde non segtur: oẽ susceptibile discipline est album: ois homo inquãtu3 rationalis est susceptibilis discipline: ergo ois homo inquantum rõnalis est albus: qz ista exponens 9ñtis. s. si aliqd est rationale illud est albu3: nõ segtur ex aliqua exponente minoris. nec etia3 cum maiore. sicut

Reduplicatio ne non negata p3 inductiue. ¶ Que autem dicta sunt intelligenda sunt qñ reduplicatio sumitur pprie ⁊ manet non negata. Si enim reduplicatio fuerit negata in maiore ⁊ affirmata in conclusione nõ valet discursus. ¶ Un de q̃uis iste discursus sit bonus: ois homo in q̃tum albus nõ est musicus: sor. est homo: ergo sor. inquãtum albus nõ est musicus: tñ iste discursus nõ valet: nullus homo inquãtu3 albus est musicus: sor. est homo ergo sor. inquantũ albus nõ est musicus: sed segtur ista 9clusio ergo sor. nõ est musicus inquãtu3 est albus.

In scða figura ¶ In secũda figura quecũq3 premisse sumat cu3 reduplicatione ⁊ alia sine: non segtur conclusio reduplicatiua. sicut non segtur: ois homo inquãtu3 aial est sensibilis: nullum albu3 est sensibile: ergo oẽ album inquãtum aial non est homo. ¶ Nec potest talis sillus reduci ad primã figuram p conuersionẽ. qz reduplicatiua non 9uertitur. ¶ Nõ enim segtur: ois homo inquãtum aial est sensibile: ergo aliquod sensibile inquãtum aial est homo. qz condictionalis exponentis 9ñtis non segtur ad conditionalẽ exponentem añtis. nec ad aliquã aliam sicut manifeste p3. q̃uis autem in scða figura ex talibus ppõnibus nõ segtur 9clo reduplicatiua segt tñ 9clo in qua negat reduplicatio. ⁊ p 9ñs nõ est reduplicatiua. vnde bene segtur ois hõ inquãtum aial est sensibilis: nullum albũ est sensibile: ergo nullũ albũ in q̃tũ aial est hõ. ⁊ hoc qz ex pdictis pmissis segtur ista 9clo: nullũ album est homo: ⁊ segtur nullũ albu3 est homo: ergo nullum album inquãtum aial est homo. ¶ Si autẽ oẽs premisse sint reduplicatiue ita q in vtraq3 reduplicatio cadens sup idem sit affirmata segtur conclusio reduplicatiua.

In 3° figura ¶ In tertia autem figura si maior vñis fuerit reduplicatiua ⁊ alia non: segtur conclusio reduplicatiua. ¶ Segtur enim ois homo inquãtu3 aial est sensibilis: ois homo est albus ergo aliquod album inquãtum aial est sensibile qz conuersa minore sic sillus regularis p dici de oi in pria figura. Sed si minor fuerit reduplicatiua non segtur conclusio reduplicatiua non enim segtur: ois homo est albus: ois homo inquãtum aial est sensibilis: ergo aliquod sensibile inquantum animal est album.

¶ Cap. lxvi. de sillogismis exclusiuis.

CIrca exclusiuas sciendum est q i pria figura ex omnibus exclusiuis contingit inferre exclusiuam. sicut segtur: tñ homo currit: tñ animal est homo: ergo tñ animal currit. Similr ex maiore exclusiua ⁊ minore vniuersali non segtur conclusio nec particularis nec vniuersalis. sicut nõ segtur: tñ animal est homo: omnis asinus est animal: ergo aliquis asinus est homo. Sed ex maiore vniuersali ⁊ minore exclusiua segtur conclusio particularis sed non conclusio exclusiua.

In scða figura ¶ In secunda figura ex omnibus exclusiuis non segtur exclusiua. sicut nõ segtur: tñ animal

est homo: tũc non homo nõ est homo: ergo tũc non homo non est animal. nec seqtur: tũc ens est homo: tũc non homo nõ est homo: ergo tũc non homo nõ est ens. q2 conclusio infert istam: non homo non est ens: que est falsa cum eius opposita sit vera. s. omnis

In 3ª figura non homo est ens. ¶ In tertia figura ex oibus exclusiuis non seqtur exclusiua. q2 non sequitur: tũc animal est homo: tũc animal est asinus ergo tũc asinus est homo. Sicut nec ex duabus vlibus affirmatiuis in secunda figura. Si autem maior sit vlis et minor exclusiua sequitur conclusio particularis.

¶ Cap. lxvij. ex exceptiuis.

Circa exceptiuas est sciendũ q ex oibus exceptiuis in prima figura non seqtur conclusio exceptiua. sicut non seqtur. oẽ homo potest sor. currit: oẽ animal potest irrationale est homo: ergo omne animal potest irrationale currit. Similiter ex maiore exceptiua et minore non exceptiua siue de inesse non seqtur generaliter conclusio nõ enim seqtur: omnis substantia potest substantiã incorpoream est substantia corporea: homo est substantia: ergo homo est substãtia incorporea. Simil'r in secũda figura et tertia non valet. ¶ Per predicta a principio huius tractatus potest sciri quõ sillogizandum est differenter ex illis de modo etiam ex alijs ppositionibus habentibus plures exponentes. Per predicta etiã a principio istius tractatus et precedẽtis potest sciri quõ differenter sillogizandum est ex illis de modo et alijs ppositionibus habentibus plures exponentes quãdo propositiones sunt de presenti et quando de preterito et qñ de futuro quãdo sunt in recto et quãdo sũt in obliquo.

¶ Et ista de sillogismis ad presens sufficiant.

¶ Cap. lxviij. de sill'o hypothetico conditionali.

Dicto de sillogismis cathegoricis dicendum est de sillogismis hypotheticis. et primo de sillogismis ex cõditionali. ¶ Unde primo est sciendum q semp ex cõditionali et antecedente vel cum aliquo antecedente ad antecedens illius conditionalis seqtur consequens: sicut seqtur: si homo currit animal currit: homo currit ergo animal currit. ¶ Similiter seqtur si homo currit animal currit. sed omnis substantia currit ergo animal currit. sed ex conditionali et consequente non seqtur antecedens. non enim sequitur: si homo currit animal currit: animal currit ergo homo currit. Similiter ex cõditionali maiore et conditionali minore habente pro consequente antecedens prime conditionalis est bonus sillogismus. sicut seqtur: si homo currit animal currit ergo si sor. currit animal currit. ¶ De alijs hypotheticis dictum est prius in tractatu de propositionibus quia ex ibi dictis potest elici modus arguendi ex alijs propositionibus hypotheticis et ideo propter breuitatem ad presens pertranseo.

¶ Finit prima pars tertie partis.

¶ Incipit Secunda pars tertie partis.

¶ Cap. primũ de demonstratiõe qd sit et quotuplex accipiat scire et q diffõ qd noie non demonstrat.

Postq̃ dictũ est de sillogismo cõmuni seqtur nunc tractare de speciebus sill'i. et quia nobilior est demonstratio ideo primo de demonstratiõe oportet differere. Ois autem demonstratio componitur ex ppositionibus et propositiões ex terminis. Unde q2 terminorum et propositionum ex qbus constat demonstratio sunt quedam cõditiones pprie non oibus terminis competẽtes. Ideo primo dicendum est de cõditionibus eoꝝ. Secundo de ppõnibus reqsitis ad demonstrationẽ. Tertio de demõstratiõe.

Quid sit demõstratio ¶ Opz autẽ primo scire q sm doctrinã Aristo. demonstratio est sill'us faciens scire: ista enĩ diffinitio. s. faciens scire: est diffinitio exprimens qd noie istius termini demonstratio: et ideo sicut in oi disputatiõe et etiã veritatis inqsitione opz significata vocabuloꝝ supponere: ideo bene volens tradere notitiam demonstrationis et suarum partiũ opz premittere qd p hunc terminum: demonstratio: importatur: quod nõ est aliud q̃ diffõnem exprimentem qd noie declarare. ¶ Dico ergo q oẽs de demonstratione loquentes p hunc terminum: demonstratio: nõ intelligunt nisi sill'um facientẽ scire. sed q2 scire in diuersis locis accipit equoce: videndũ est qñ scire in hac diffõne accipit.

Scire primo ¶ Unde sciẽdũ est q q̃uis scire diuersis modis accipi possit: tũc sufficit ad p̃ns dicere q trib' modis dr. Uno mõ scire dr euidens comprehensio veritatis: et sic dicunt sciri non tũ necẽia sed etiam cõtingentia. sicut scio te sedere et me viuẽ.

2ᵐ modo scire ¶ Scdo mõ dr scire euidẽs comprehensio veritatis que nõ põt esse falsa. et sic dicunt sciri tũ necẽia et nõ ꝯtingẽtia.

3ᵐ modo scire ¶ Tertio' dr scire comprehensio vnius veritatis necẽie p euidẽtem comprehensionem duaꝝ veritatum necẽium: puta duaꝝ premissarum in mõ et figura dispositaꝝ: et ille due veritates faciunt tertiã veritatẽ euidenter sciri que aliter eẽt ignota. et sic accipit scire in predicta diffõne. Oẽs enĩ recte loquentes de demonstratiõe p demonstrationẽ intelligunt sill'um compositũ ex duabus p̃missis necessarijs notis: p quas scit ꝯc'o que aliter foret ignota: nisi in eodem forte tpe simul ꝯcurrant cũ illis premissis alie p̃misse sufficiẽtes ad cãndum notitiã eiusdem ꝯc'onis. Quãuis ergo pbari nõ possit q demonstratio est sill'us faciens scire mõ p̃exposito sicut nec sig̃tum vocabuli nec diffõ exprimens qd noie probari potest nisi p vsum loquẽtium: figendũ tũ est pro fundamento q demonstratio est sill'us faciens scire: sup quo oia dicẽda in sequentib' fundabunt et p ipm pbabunt qñ necesse erit pbationem adducere.

¶ Cap. ij. q termini ingrediant demonstrationẽ et q nõ.

Ex quo ois demonstratio est sill'us necesse est demõstrationem tres terios ad eius ꝯstitutionem requirere. Non oẽs autem termini p̃nt ingredi demonstrationem

strationem affirmatiuā ex ppōnibus mere de inesse & de pñti. illi enim teri q de nullo possunt pñ nisi contingēter vel falsesipsis sumptis sigratiue nunq̃ pñt eē partes demonstratiōis talis. & ideo tales teri chimera: corpus infinitum: & hmōi non pñt si significatiue sumanf eē teri in demonstratiōe tali: q̃uis in demonstratione negatiua pñt esse. qz in negatiua pñt de alijs necessario pñ. Similr q̃uis tales teri: album: nigz: calidum: & hmōi nō pñt esse partes ppōnum necessarium mere de inesse & de pñti affirmatiuarum: tñ pñt esse partes ppōnum de possibili necēiarum. ideo tales demonstrationē ingredi pñt. ¶ Uñ breuiter sm veritates demonstrationū de qua dicet̄ inferius oēs teri aliquaz demonstrationē ingredi pñt. sed nō oēs ingredi pñt demonstrationē potissimaz de qua dicet̄ inferius. ¶ Teri autem q demonstrationē potissimā ingredi pñt sunt precise: passio: sbm: & diffō. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū q passio nō est aliqua res inherēs illo modo subiecto: quo calor inest igni. sed passio est quoddā ꝑbile distinctum a subiecto realr: importans illud idem quod importat sbm. & aliqd plus vel saltem illud idē alio modo. Et eodē modo est de diffōne. & isti teri ex qbus componitur demonstratio mentalis sunt ita distincte res in mente existentes sicut voces correspondētes eis in demonstratione vocali sunt distincte voces in aere de quibus diffusius dicetur inferius.

Quilz terium alicui° d mōstrationis pt eē pars

Que sint partes dmōstratiōis potissime

Nō passio non ē aliqua res &c.

¶ Cap. iij. que ingrediantur demonstrationē & que precognoscantur de eis qz iam qd est & qz est & q de subiecto vtrunq necessario de passione autem interdum vtrunq interdum alterum tm̄.

Non solum autem opz istos terminos ad demonstrationem concurrere sed etiam qñcunq demonstrationē ingrediunt anteq̃ pclo concludat opz eos pcognoscere: non tm̄ sz opz oēs equaliter precognoscere. ¶ De subiecto enim opz precognoscere qd est: & qz est. Opz enī precognoscere de subiecto cum sit terius qd significat. & hec pcognitio pñis est ol terio cuiuscūq silli vel argumentationis. Si autem sit demonstratio affir. & cathego. nō opz tm̄ de subiecto precognoscere qd sigt sed opz precognoscere qz est hoc est: opz precognoscere q esse non impossibilr ꝑtur de subiecto sigrue sumpto. Et ratio est. qz ad hoc q habeat demonstratio opz premissas cognoscere ergo opz q illa premissa in qua ꝑtur aliqd de subiecto sigrue sumpto vel econtra sit cognita & p pñs est vera & si sit vera & scita esse vera opz q sibi non competat impossibilr esse ex quo ppō est affirmatiua. ¶ De passione autez q̃uis ingrediatur demonstrationē affirmatiuam non opz precognoscere nisi tm̄ qd importatur p nomen sed non opz q precognoscatur q sibi nō repugnat esse & hoc qdem verum est si maior illius demonstratiōis sit conditionalis vel equalens talis: tunc enim nō opz q̃tumcūq cognoscatur illa premissa in qua ponitur passio q cognoscatur esse posse conuenire passioni. Uñ autem maior est affirmatiua non equalens conditionali ita bene opz precognoscere de passione qz est: sicut de subiecto nec hoc negat Aristote. sed vult q qñcq opz pcognoscere qz est de subiecto q̃uis nō oporteat precognoscere qz est de passiōe. ¶ Breuiter ergo dicendū est q sm̄ principia Aristo. de subiecto in demonstratione tam cathegorica q̃ hypothetica & tam in composita ex vna hypothetica pditionali & alia cathegorica opz pcognoscere de subiecto qd sigt: & qz est: & hoc est q sibi non repugnat esse ita q ppō predicans esse de illo nō includat pdictionem. ¶ De passione autem in demōstratiōe simplr cathegorica & affirmatiua opz precognoscere tam qz est q̃ qd est propter eādem rōnem propter quā opz de subiecto precognoscere qz. est. sed in aliqua demonstratione non opz de passiōe pcognoscere qz est: de eius autem diffōne opz precognoscere qz est. Et hec de terminis demonstrationis ad presens sufficiant.

Quid d sbo pcognoscat

Quia ē de sbo

De passione

Nō de passione vtrunq cognoscatur

¶ Cap. iiij. de multiplici notitia ppōnuz que nō ingrediuntur demonstrationē: quedaz enim sunt note p experientiam: quedaz vero notis teriis. & eoz quedam cuilz sunt necēe volenti doceri qdaz vero non.

Dicturus autem de propositionibus reqsitis ad demonstrationem primo premittam aliquas diuisiōes earum. ¶ Est autem prio sciendū q propositionum reqsitarum ad demonstrationē quedaz sunt partes demonstrationis sicut premisse & conclusio. & quedam nō sunt partes demonstrationis & vocantur dignitates & maxime vel suppositiōes que sub propria forma nō ingrediuntur demonstrationē virtute tamē illarum propositionū aliquo modo sciuntur premisse demōstrationis. ¶ Uerbi gratia ista est vna propositio prima precise nota p experientiam: omnis calor est calefactiuus: que nō potest esse pars demonstrationis saltem potissime & vniuersalis: virtute tamē istius tenent tales demonstrationes: omne calidum est calefactiuum: omnis aer est calidus ergo omnis aer est calefactiuus. Iste sunt distincte propositiōes: omnis calor est calefactiuus: omne calidum est calefactiuum: & prima est prior & secunda posterior & tamen secunda non potest proprie demonstrari p primam & secunda ingreditur demonstrationem & nō prima & tamen virtute primo tenent multe demonstrationes quas nō potest ingredi: & sicut est de ista ita est de multis alijs. ¶ Propō autem reqsita ad demonstratiōem non tanq̃ pars subdiuiditur quia quedaz est talis q necesse est quemlibet docendum eam habere: cuiusmodi sunt tales: quodlibet est vel non est quodlibet est affirmatio vel negatio & hmōi. ¶ Quedā sunt tales quas nō est necesse quemlz docendū eā hēre: cuiusmodi sūt tales: qōlz est vel nō est: de quolz est affirmatio vel negatio & hmōi. ¶ Quedā sūt tales q̄s nō est necesse qñlibz docēdū hēre sz necesse est aliquos arguētes eas hēre sicut est de istis. Aliqd ē mobile. Si ab eqlib' eqlia demas &c. ¶ Propō aūt q est pars demōstrationis subdiuidit̄ quia quedā est pmissa tm̄ que. s. est indemonstrabilis quedam est conclusio tm̄ que. s. potest demonstrari sed nō potest esse pn̄ demonstrationis

Nō hec oē calidum est calefactiuum nota est ex hac ois calor est calefactiuus

Aliquā necesse ē quemlz docēdū habere quedaz vero nō

siue demonstrandi aliquā ppōnem. Quedam est premissa τ cōclusio que potest demonstrari p alias premissas τ potest esse principiū demonstrandi aliā conclusionem. ¶ Alia diuisio potest esse qꝛ ppōnum regsitarum ad demonstrationē quedā sunt principia. quedā sūt ɔclōnes. ¶ Principia dicuntur ille propositiones que non sunt ɔclusiones τ tñ regruntur ad demonstrationē siue sint partes demonstrationis siue nō sunt partes eiꝰ. Et vocant principia pria que subdiuidi possunt. qꝛ quedā principia prima p se sūt nota qbus. s. intellectꝰ statim assentit ipsius teris apprehēsis: ita ꝙ si sciat qd significāt teri statim sciuntur. Quedam aūt principia prima non sunt p se nota sed tñ p experientiā sunt nota. sicut est de ista ppōne: ois calor est calefactiuꝰ: τ de multis alijs q̄ nō pñt fieri note nisi p experientiā de qbus spāliter loqtur Ari. in primo methaphisice τ in scđo posterioꝝ in fine.

Marg.: Principia

¶ Cap. v. quod oēs ppōnes deseruiētes demonstrationi sunt necessarie. Et ꝙ duplex est necīum seu incorruptibile siue ppetuum. τ qūo ppō sit ppetua τ ꝙ nulla cathegorica τc̄. est necessaria.

L Stis premissis videndū est de proprietatibus ppōnum ad demonstrationem regsitarum. Illarum aūt pprietatum quedā sunt cōes oibus ppositionibus regsitis ad demonstrationē. quedā sunt proprie premissis. quedā sunt pprie conclusionibus: quedā sunt proprie principijs nō ingredientibus demonstrationem. ¶ Una enim proprietas cōis oi propositioni regsite ad demonstrationem est necessitas. nulla enim propositio regsita ad demonstrationē est ɔtingens vel impossibilis sed quelꝫ est necessaria. ¶ Nō enim ɔclo est necessaria pꝫ ex diffinitione demonstrationis. qꝛ demonstratio est sillus faciens scire ppōneꝫ necessariā: ergo conclusio erit necessaria. sed necīuꝫ q̄uis posset inferi ex ɔtingētibus vel impossibilibus non tñ potest sciri p impossibilia vel contingentia ergo necessario premisse pper quas scitur ɔclusio sunt necessarie. sed ppōnes rectificantes demonstrationeꝫ sunt priores τ notiores premissis: ergo ille sūt necessarie. ¶ Et ita pꝫ ꝙ omnes ppositiōes regsite ad demonstrationē sunt necessarie. τ sicut sunt necessarie ita sunt ppetue τ incorruptibiles: quod nō est sic intelligendum ꝙ ille ppōnes sunt quedam entia necessaria τ ppetua hoc enim falsum est. solum enī deus est ppetuus τ incorruptibilis. nec aliqd aliud a deo potest esse ppetuum simpliciter τ incorruptibile qn p aliquā potentiaꝫ possit fieri non ens. ¶ Propter quod sciendū est ꝙ: ppetuum: necessariū: incorruptibile: capiuntur dupliciter. Uno modo dr̄ aliqd necessarium ppetuum τ incorruptibile qꝛ p nullam potentiam potest incipe vel desinere esse τ sic deus est ppetuus necessarius τ imortalis. Aliqū dicit necessarium ppetuum τ incorruptibile ppositio que si formetur non potest esse falsa sed vera tñ. τ illo modo demonstratio est necessariorum ppetuorū τ incorruptibilium: hoc est: ex ppositionibus que non possunt esse false sed vere tñ. Ex quo pꝫ ꝙ q̄uis repugnat

Marg.: Proprietas ɔuenies oi ppōi demonstratiōis

Marg.: Propōnes perpetue

Marg.: Corruptibile duplr

dictis Aristo. tñ s̄m rei veritatem nulla ppō que im portat res corruptibiles mere affirmatiua mere cathegorica τ mere de presenti potest esse principiū demonstrationis vel ɔclusio. qꝛ quelibet talis est contingens. si enim aliqua talis esset necessaria hoc maxime videreī de tali: homo est aīal rationale. sed hec est ɔtingens qꝛ seqtur homo est animal rationale mortale ergo homo est aīal. τ vltra ergo componitur ex corpore τ aīa intellectiua: sed hec est contingens. qꝛ si nullus homo esset ipsa esset falsa propter falsaꝫ implicationem. qꝛ implicatur aliquod componi ex corpore τ aīa intellectiua ꝙ tūc foret falsum. Hec valet dicere ꝙ ista: homo est aīal rationale mortale: equalet isti: si homo est: homo est aīal rationale: qꝛ hec est conditionalis τ nō cathegorica. τ ita stat primuꝫ dictum ꝙ nulla talis mere cathegorica τ mere de presenti est necessaria. Et ideo dico ꝙ nulla talis potest esse principium vel conclusio demonstrationis. hoc tñ non obstante dicendū est ꝙ multe propositiones composite ex talibus teris possunt esse principia vel conclusiones demonstrationis qꝛ ppōnes conditionales vel equalentes eis possunt esse necessarie hec enim est necessaria simplr: si homo est aīal est τ istaꝫ si homo ridet aīal ridet τ ista: ois homo potest ridere sunt subiectū sed pro hiis que possunt esse τ propositiones eodem modo eis equalentes sūt necessarie. Et ex isto pꝫ qūo non obstante ꝙ genera τ species τ quecunqꝫ alia vlīa distincta a cognitione dei sint simpliciter corruptibilia sic ꝙ possunt eē nihil: tñ de eis possunt fieri demonstrationes τ scie: pper hoc ꝙ nō obstante ꝙ possunt simpliciter destrui tñ de eis possunt formari ppositiones necessarie que possunt sciri scia proprie dicta. ¶ Ex isto etiam pꝫ qūo de contingentibus potest esse scia qꝛ s̄m ꝙ veniunt in demonstrationem sunt necessarie: hoc est: ꝙ ppōnes formate ex teris importantibus talia contingentia que veniunt in demonstrationem sunt necessarie. que non sunt mere de presenti τ de inesse cathegorice τ affirmatiue: sed vel sunt negatiue vel hypothetice vel de possibili vel aliquo modo eis equiualentes.

Marg.: De affirmatiuis intellige

Marg.: Qūo ex corruptibiliū possunt formari necess.

¶ Cap. vi. quod propositio debens ingredi demonstrationem debet esse de omni vbi notatur drīa inter dici de omni apud librum priorum τ librum post.

A Lia conditio tam pmissarum quam conclusionis demonstrationis est ꝙ tam premissa quam conclusio potest esse de omni. Est autem de oi nō quando predicatum cōuenit alicui contento sub subiecto τ alicui nō: nec quādo vno tempore competit τ alio tempore nō competit sibi. ¶ Sed quādo predicatū competit omni cōtento sub subiecto τ omni tempore. Unde differētia est inter dici de omni de quo loqtur Aristote. in primo priorum: τ inter dici de omni de quo loqtur in primo posterioruꝫ: nam ad hoc ꝙ aliquod dicatur de omni in prioribus non reqritur nisi ꝙ p talem propositionē denotatur predicatum predicari de tali subiecto vniuersaliter siue vere predicetur de eo siue nō: vnde s̄m veritatem loquendo hec

Marg.: Que sit ppō de omni

Marg.: Drīa inter dici de omn

do hec est de omni: omnis hō est asinus. non obstante q̄ sit falsa. q: est vniuersalis. Ad dici de omni de quo loquitur Aristote. in primo posteriorum requiritur q̄ predicatum vere competat subiecto vniuersaliter sumpto τ pro omni tempore.

¶ Cap. vij. de equocatiōe huius vocabuli pse τ que sunt que de se predicant pse.

NOn solum autem q̄libet ppositio reqsita ad demōstrationem est necēria sed etiam q̄libet est pse vera: vt autem sciatur que ppositio est pse vera τ que non: videnda est multiplicitas τ equocatio huius terini: pse. ¶ Est autem sciendū q̄ distintio est fm Boetium inter modos dicendi pse: τ modos essendi pse: τ modos causandi p se: aliqd. n. est pse tripliciter. ¶ Primo modo eē p se dicitur ita q̄ pse vel excludit oēm causam: τ sic solus deus est pse: hoc est: solus deus non habet cām p quam sit: vel excludit causam materialeʒ: τ sic intelligentie carentes materia sunt pse: hoc est: non habēt materiam in q̄ earum forma consistat: vel excludit sbm: τ sic substātia est pse: hoc est substātia non habet sbm in quo subsistat. Et seqretur q̄re tot modis aliqd dicitur pse. Dicendum est q̄ causa vlla nō potest assignari nisi voluntarius vsus loq̄ntium. Alius autem est modus causandi pse qñ. s. aliqd est causa p se alicuius. sicut interfectio est causa pse q̄re ille interijt: τ potest iste modus non tantū cōpetere cause efficienti sed etiam cause finali. Preter istos modos pse sunt aliq modi dicendi pse: qbus. s. aliqd predicatur pse de altero. τ sunt duo modi quorū vnus est qñ p̄tum ponitur in diffinitiōe sbti. Alius est qñ sbm ponit in diffōne p̄ti. Circa istos autem mōs est primo aduertendū q̄ iste terius: pse: fm q̄ reqrit in ppōne dupliciter accipitur. s. large τ stricte. Large dicitur ppositio pse qñ sbm cadit in diffinitione pdicati vel ecōuerso vel pse supius ad vnum diffinit reliquū vel diffinitur p reliquum: τ illo modo hec est pse: ois hō est animal: τ ista: ois homo est rationalis τ ista ois hō est risibilis τ hmōi. Aliter accipitur: pse: stricte τ sic cum prioribus cōditiōib⁹ ad hoc q̄ ppō sit pse reqrit q̄ ipsa sit simpliciter necēria: ita q̄ nec potuit nec pōt esse falsa. τ sic accepto pse q̄uis fm opi. Aristote. q̄ ponit q̄ iperpetuum fuit τ erit generatio multe ppositiones cathegorice de presenti τ de inesse sunt pse: tamen fm veritateʒ tales de terinis iportātibus p̄se res corruptibiles siue creatas nō sunt pse. q: nō sunt necērie sicut dictū est. ¶ Vñ sic accepto pse hec nō est pse: hō est aial: q: pōt esse falsa. puta posito q̄ nullus hō sit. Veruñ ppositiōes de possibili τ eis equalētes cōposite ex talibus terinis sunt pse: vñ ista est pse: ois homo potest esse animal: sumpto sbto p eo q̄ potest eē. ¶ Viso igitur q̄ ad hoc q̄ ppositio sit pse reqrit q̄ ppō sit necēia. ¶ Vlterius est sciendum q̄ ad hoc q̄ ppositio sit pse strictissime sumpto illo termino pse: reqritur q̄ sit predicatio ppria τ directa p qd excluduntur ppositiones vbi inferiora pdicant de suis supioribus pticulariter sumptis. τ sbta de suis passionibus: τ vna passio de alia passiōe: ppter hoc q̄ tales ppositiōes q̄uis sint necērie nō tamē sunt pse strictissime accipiendo pse: cuiusmōi sunt tales: aliqd aial est hō: vel aliqd aial potest eē hō: oē risibile est homo omne risibile potest esse homo: oē risibile est susceptibile discipline τ hmōi q̄uis essent necērie. Vlterius est sciendum q̄ aliqd potest cadere in diffinitione alterius vel in recto vel in obliquo τ fm hoc potest p̄dicari in recto vel in obliquo. Istis visis dicendum est q̄ sola illa ppositio est pse: q̄ est necēria in q̄ predicatum diffinit sbm vel aliqd pse supius ad sbm: vel sbm diffinit predicatum vel aliqd pse inferius ad predicatum: τ hoc intendit Linconiensis qñ dicit: dicit pse alterum de altero qñ qdditas vnius essentialiter non per accidens a qdditate alterius egreditur. Nō. n. intēdit q̄ predicatum realiter egreditur. a sbto vel econuerso eo modo quo effectus realiter efficitur a sua causa cum subiectuʒ τ predicatuʒ sunt terini quorum neuter est causa alterius ¶ Sed egredi hic a qdditate alterius vocatur declarare seu importare siue significare aliqd q̄ significatur p reliquum. Est ergo breuiter intentio Linconiensis τ Aristote. q̄ qñ predicatū pse diffinit sbm vel pse superius ad sbm siue sicut diffinito siue sicut pars diffinitionis vel econtra tunc est ppositio pse. Et est primus modus qñ predicatum diffinit sbm vel pse superius ad sbm: ppter q̄ si tales eēnt necērie eēnt pse: ois hō est aial rationale: ois hō est animal: ois hō est rationalis: ois hō cōponitur ex corpore τ aia: q: in omnibus istis predicatum diffinit sbm. Similiter tales si eēnt necērie essent pse: omnis homo est corpus: omnis homo est substātia: omnis homo cōponitur ex materia τ forma: omnis hō habet materiam: q: q̄uis ista predicata non diffiniant illud sbm: tamē dicūtur pse superiora ad sbm τ ideo essent pse. ¶ Secundus autem modus est qñ sbm vel pse superius ad subiectum diffinit predicatū vel pse inferius ad predicatum: vnde ista est pse. si sit necessaria: omnis homo est risibilis: q: in diffinitione exprimente qd nominis risibilis: ponitur homo. ¶ Similiter hec est pse si sit necēria: omnis homo est susceptibilis contrariorū: q: in diffinitione predicati ponitur substantia vel corpus quod est pse superius ad subiectum quod subiectum est: homo: q: homo diffinit hoc predicatum: esse susceptibile talium contrariorum: demonstratis aliqbus que non possunt cōpetere nisi hōini. τ illud est pse inferius ad hoc commune susceptibile contrariorum. ¶ Et ideo hec est pse: omnis homo est susceptibilis cōtrariorū. ¶ Ex predictis patet q̄ omnes tales sunt pse: omnis homo potest dealbari: omnis materia potest suscipere formam: omnis creatura potest a deo creari: deus est creatiuus: calor est calefactiuus: τ cetere huiusmōi. ¶ Oportet autem scire q̄ illa que dicta sunt intelligenda sunt de ppositionibus affirmatiuis. ¶ Nam alique negatiue sunt pse in qbus tamen predicatum non diffinit subiectum nec econuerso. ¶ Est autem sciendum q̄ omnis negatiua necessaria in qua terminus subiectus τ predicatus sunt mere absoluti τ non relatiui nec connotatiui est pse: vnde hec est pse: omnis homo non est asinus: τ similiter hec: omnis ho-

Modi essendi pse

Mod causandi pse

Modi dicendi pse

Perse duplr

Inferi⁹ de supiori aut

sbm de pas. vel passi. de pass. nō dicit pse

Linco.

Predicatum egredi

Quid sit egredi

Negatiue pse

hõ non est albedo: q̃uis fm opi. Aristote. hec non sit pse: omnis homo non est q̃titas: similiter qñ aliq̃ talis negatiua est pse illud qđ est pse tam q̃ pprium qđ predicatur de vno illorum affirmatiue pse predicatur de reliquo negatiue. ¶ Ut si hec sit pse: nullus homo est asinus: et hec sit pse et primo vera: omnis homo est risibilis: hec erit pse nullus asinus est risibilis. Si autem tale predicatum predicetur de vno illorum non tam q̃ pprium sibi nõ oportet q̃ de alio predicetur negatiue. ¶ Hec pse vere nec vñ q̃uis hec sit pse nullus homo est asinus et q̃ hec sit pse omnis homo est susceptibilis contrariorum non oportet q̃ hec sit pse omnis asinus non est susceptibilis 9riorũ

¶ Cap. viij. de propositione primo vera: vniuersali et primo sbo: et de duplici ppositione primo vera.

Sicut autem tam principiũ quam cõclusio demonstrationis potest esse pse vera ita tam principium q̃ conclusio demõstrationis potest esse primo vera. Est autem ppositio primo vera qñ predicatum nulli sbo

Propositio p°vera vle — comuniori illo subiecto nec alicui subiecto non predicabili de illo subiecto prius competit q̃ illi sbo. Et tale predicatum respectu talis sbi vocatur vniuersale: et illud sbm vocatur primum sbm illius predicati: saltem si sit predicabile secundo modo dicendi

Primũ sbm — pse: p primam pticulam excluditur a primo sbo oẽ inferius qr fm Aristote. contingit tripliciter errare

Prim° erat de primo — in assignatione vniuersalis. Primo si credatur predicatum aliqđ competere alicui primo qr non est aliqd in actu potest illud cui assignatur cui possit cõpetere sicut si passio solis assignatur primo competere isti soli qr non est alius sol ab isto. ¶ Secundo si aliqđ predicatum ambiguum assignatur alicui determinato nomini ppter hoc q̃ non est aliqđ comune nomen omnibus illis de qbus predicatur illud ambiguum predicatum. Tertio si non sit manifesta differentia inter genus et speciem. et ppter ipsius differentie latẽtiam assignatur passio generis illi speciei primo. Istis modis primo peccatur attribuẽdo vle alicuius comunioris minus comuni: p secũdam pticulam excluditur concretum alicuius abstracti cui primo cõpetit. Uñ si nihil esset calefactiuũ nisi calor tunc hoc predicatum calefactiuum non competeret primo calido. qr hec nõ eẽt primo vera oẽ calidũ est calefactiuu3: sed hec est primo vera ois calor est calefactiuus: qr hec nõ põt esse vera oẽ calidũ est calefactiuũ: nisi hec esset vera ois calor est calefactiuus. sed cõ bene põt. et ita est prior et p 9ñs calefactiuũ pdicatur primo de calore. ¶ Et si dicatur q̃ qñ predicatur primo aliquod de aliquo de nullo predicatur nisi de quo pdicatur suum primum subiectum. Sicut de nullo predicatur esse risibile nisi de quo predicatur homo: sed esse calefactiuum predicatur de calido de quo tamen non predicatur calor: ergo calor non est primus subiectum calefactiui. ¶ Dicendum est q̃ vniuersale nunq̃ predicatur de aliquo nisi de quo predicatur suum primum subiectum vel contentum sui primi subiecti, vnde de quocunq̃ predicatur calefactiuum de eodem predicatur calor vel calidum si calefactiuum sit vniuersale primo competens calori. Ex predictis patet que ppositio affirmatiua est primo vera. qr tales sunt primo vere: omnis homo est animal omne corpus est substantia: omnis calor est q̃litas: si non sit genus medium inter calorem et qualitatem. ¶ Et tales omnis homo est risibilis: omnis substantia intellectualis simplex est susceptibilis disciplinee et huiusmodi. Ex predictis etiam potest patere qđ est

Quid sit p̃mũ sbm — primum subiectum alicuius passionis et qđ non est subiectum primum eiusdem. Oportet autem scire q̃ sicut aliqua ppositio affirmatiua est primo vera ita aliqua negatiua est primo vera: vnde illa ppositio negatiua in qua predicatum non potest vere negari ab aliquo comuniori q̃ sit subiectum nec aliquod predicatum cõmunius potest vere negari vl' ab illo subiecto est primo vera et vocatur ppositio negatiua immediata huiusmodi autem est talis ppositio: nulla substantia corporea est incorporea: et ideo fm opi. Aristote. hec non est primo vera nec imediata nulla substantia est q̃titas qr hec non est vera fm principia sua

An nulla sba sit q̃titas — et si inueniret q̃ diceret talẽ esse imediatã esse respondendũ q̃ hoc diceret fm opi. alioꝝ vl' gratia exẽpli.

¶ Cap. viiij. q̃ omnis cõclusio demõstrationis est ppositio dubitabilis nec semp contingit eam dubitare et q̃ aliq̃ propõ que est principium potest dubitari et potest precognosci p experientiam.

Declaratis quibusdam pprietatibus que possunt cõpetere omnibus ppositionibus demonstrationis potissime valet tam premissis q̃ cõclusioni. ¶ Dicendum est de pprietatibus seu conditionibus cõuenientibus cõclusioni que nõ possunt cõpetere omnibus premissis demonstrationis potissime. ¶ Quarum vna est q̃ omnis conclusio demõstrationis est dubitabilis ita q̃ nõ est pse nota. Cum.n. demonstratio est sillogis. faciens scire: et nihil facit scire aliqđ prescitum necesse est si apprehendatur conclusio sine premissis q̃ illa cõclusio potest ignorari. Et p consequens de ea potest aliqs dubitare cũ non posset sciri eẽ falsa hoc.n. vult Linconiẽsis in primo posterioꝝ vñ dicit sic in diuersis locis nõ docemur neq3 addiscimus nisi illud q̃ cũ primo cõcipimus est nobis dubitatũ vel apparet falsum Dicendũ est ergo q̃ ois conclusio demonstrationis est dubitabilis ppositio qr q̃l3 cõclusio demonstrationis eẽ questio. ¶ Questio autem est dubitabilis ppositio fm Boetium: q̃uis autem omnis conclusio demonstrationis sit dubitabilis ppositio: non tamen oportet q̃ semp dubitetur quousq3 p demõstrationem certificetur qr conclusio demõstrationis duabus vijs cognosci potest. Aliqua.n. cognosci potest p demonstrationem qñ ex noticia premissarum deuenitur in noticiam conclusionis. Alia autem non solu3 sic cognosci potest sed cognosci potest p experiẽtiam illomõ quo Aristote. docet primo methaphisice et secũdo posterioꝝ principia cognosci p experientiam: Sicut.n. aliqs potest p expiẽtiam cognoscere q̃ ois talis herba sanat ita põt p experientiã cognoscere q̃ luna

Linc.

sciret ꝙ luna sit eclipsabilis. Oportet etiam scire ꝙ
non solum omnis conclusio potest dubitari sed etiā
aliqua principia demōstrationis sunt dubitabilia q̄
uis non omnia. vñ omnia principia q̄ non nisi p ex-
pientiam cognosci possunt dubitabilia sunt q̄tumcū
q̧ sunt prima ita ꝙ ex illis demonstrari non possunt.
¶ Cap. x. quomō fiant nota principia tam gñalia q̄
specialia ⁊ ꝙ interdum aliquod singularis non potest
euidenter cognosci ⁊c̄

Quia dictum est ꝙ aliq̄ prin
cipia ⁊ aliq̄
cōclusiones sciri possunt p expientiā q̄ de
illo modo deueniēdi ad noticiam prin-
cipij vel cōclusionis est breuiter discutiē
dum. ¶ Vñ sciendū ꝙ in sensu apprehēdente aliqd
sensibile potest virtus fantastica idem imaginari ⁊ nō
solum fantastica sed etiā intellectus potest idem ap-
prehendere: quo apprehenso potest euidenter intel-
lectus alias cōclusiones contingentes cognoscere. si-
Prima distin. — Consequentia vt nunc — Consequentia simplex — Et stantibus significatio — Alia distin. — Consequentia per medium intrin. — Consequentia per me extrinsecū — Regla — Cum debito memo — Alia distin. — Consequentia for. du. — Consequentia mālis — Alia distin. — Alia distin. — Alia distin. — Alia distin. — Alia distin. — Alia distin.

¶ Cap. ij. de reglis qñ respectu cuiuscȝ pti ab vno distributo ad reliquū distributū vȝ ꝯña affirmatiue.

Ptis visis dicēdū est de regulis generalibus ꝑ quas tenēt tales ꝯñe: ⁊ primo de regulis ꝑ quas tenent ꝯñe que tenent etiā ꝑ medium intrinsecū. ¶ Et circa hoc prīo dicēdū est de rlis ꝑ q̄s tenēt ꝯñe ꝯcludētes ꝯclonē vlēȝ affirmatiuā ex affirmatiua in q̄ teri

supponunt significatiue et personaliter. Est adde prima regula

A superiori distributo

talis. A superiori distributo ad inferius distributum est bona consequentia. sicut sequitur omne animal currit ergo omnis homo currit. ¶ Et circa istam regulam est sciendum quod illa regula debet intelligi quando est vniuersalis affirmatiua mere cathegorica et non exceptiua nec equalens ei et ideo ista consequentia non

Exceptiua quam inferat et quam non

valet omne animal preter hominem currit ergo omnis homo currit tamen contingit inferre quodlibet inferius preter partem extra captam et preter contentum sub parte extra captam. et ideo bene sequitur omne animal preter hominem currit ergo omnis asinus currit. Item notandum quod talis consequentia tenens per istam regulam aliquando est consequentia simplex aliquando est consequentia vt nunc. Quando enim predicatio superioris de inferiori est necessaria. tunc est consequentia simplex. quando autem predicatio superioris de inferiori est contingens tunc est consequentia vt nunc. ¶ Verumtamen vnus casus excipitur. scilicet quando tam antecedens quam consequentia sunt de possibili. vel de contingenti accepto subiecto vtriusque pro eo quod est vel pro eo quod contingit: quia in tali est generaliter consequentia simplex quia quando illa propositio in qua predicatur superius de inferiori est vera tunc est consequentia bona: quando autem illa propositio est falsa tunc consequentia non valet. Unde tales consequentie sunt vere simplices omne ens est in actu ergo omnis deus est in actu omne suppositum est sortes ergo omne diuinum suppositum est sortes. Quia omnes tales sunt necessarie: omnis deus est ens: omne suppositum diuinum est suppositum: sed tales consequentie sunt bone vt nunc solum: omne animal est sortes: ergo omnis homo est sortes: omnis homo currit ergo omnis homo albus currit: quia ille propositiones sunt contingentes omnis homo est animal

Corollarium

homo albus est homo et huiusmodi. ¶ Ex isto sequitur quod non magis est hec consequentia simplex omne animal currit ergo omnis homo currit quam ista omne animal currit ergo omnis ho-

Corollarium

mo albus currit nisi forte quia pluribus temporibus est vna bona quam alia: similiter sequitur ex predictis quod omnes tales consequentie sunt bone: omne animal est ens per se ergo omnis homo albus est ens per se: omnis materia est prior forma ergo omnis materia informata forma ignis est prior forma: omnis homo potest esse sine albedine ergo omnis homo albus potest esse sine albedine: omne ens est per se in genere ergo omne album est per se in genere: et huiusmodi que tamen negantur a mul-

A diffinito distributo

tis. ¶ Alia regula est a diffinito distributo ad diffinitionem distributam est bona consequentia et econuerso. sicut sequitur omnis homo est animal ergo omne animal rationale mortale est animal

A descriptione distributa

et econuerso. ¶ Alia regula est a descriptione distributa ad descriptum distributum est bona consequentia et econuerso sicut sequitur omne animal gressibile bipes est sortes ergo omnis homo est sortes: et similiter sequitur econuerso. ¶ Alia regula est a nominis in-

A nominis interpretatione distributa

terpretatione distributa ad nomen interpretatum distributum et econuerso est bona consequentia. Sicut sequitur omnis amator sapientie est studiosus ergo omnis philosophus est studiosus. Sciendum est etiam quod omnes predicte regule intelligende sunt

Quando termini supponunt personaliter

quando nulla determinatio ponitur in antecedente nisi que ponitur in consequente et econuerso. ¶ Sciendum est etiam quod omnes predicte regule intelligende sunt quando termini supponunt personaliter et significatiue. Et ideo tales consequentie non valent omne animal est vnum compositum ex signo vniuersali et genere ergo omnis homo est compositus ex vniuersali signo et genere: omne animal rationale est compositum vnum ex genere et differentia vel signo vniuersali ergo omnis homo est vnum compositum etc. et sic de consimilibus: quia a parte subiecti antecedentium termini non supponunt personaliter et significatiue sed materialiter vel simpliciter et ideo omnes tales consequentie

Ab vno conuertibilium distributo

simplices non sunt. ¶ Alia regula est quod ab vno conuertibilium distributo ad reliquum distributum est bona consequentia et econuerso. Sicut sequitur omne creatiuum est ergo omnis deus est et econuerso: et illa regula debet intelligi sicut cetere quando scilicet termini supponunt significatiue et personaliter. Sciendum est quod proprium non est nisi quoddam predicabile de altero et tale predicabile aliquando predicatur tam de ente quam de non ente sicut si risibile sit idem quod potens ridere predicatur de homine siue homo sit siue non sit. Unde sicut hec est vera homine existente homo potest ridere ita hec est vera homine non existente homo potest ridere sumpto subiecto pro eo quod potest esse. Aliquando autem proprium non supponit nec predicatur nisi pro ente. Primo modo accipiendo proprium verum est quod ab vno conuertibilium distributo ad reliquum distributum est bona consequentia sed ab vno est consequentia simplex et ab alio est consequentia vt nunc. sicut hec est consequentia simplex: omnis homo potest esse ergo omne risibile potest esse: hec autem est consequentia vt nunc omne risibile est possibile ergo omnis homo est possibilis: tamen omnes consequentie tales in quibus predicatum non potest competere non enti sed solum enti sunt simplices. vnde loquendo de proprio secundo modo dicto vtraque consequentia est simplex: et primum dictum intelligendum est si secundum talis propositionis non possit accipi nisi pro his que sunt aliter sicut predictum est non esset verum. ¶ Iterum sciendum est quod predicte regule in-

Quare modi in sensu composito immobilitant

telligende sunt in propositionibus de inesse et de modo in sensu diuiso vel eis equalentibus et non in illis de modo sumptis in sensu composito. In talibus enim non sunt dicte regule vniuersaliter vere non enim sequitur omne ens esse in actu est necessarium. ergo omnem hominem esse in actu est necessarium. nec sequitur omne animal esse asinum est contingens ergo omnem hominem esse asinum est contingens: nec sequitur omnem hominem esse animal est per se primo modo ergo omne risibile esse animal est per se primo modo: nec sequitur omnem figuram planam habere tres angulos etc. est indemonstrabile ergo omnem triangulum habere tres etc. est indemonstrabile: nam in omnibus istis predictis consequentiis antecedentia sunt vera et con-

Sciendum

sequentia sunt falsa. ¶ Verumtamen sciendum est quod aliquando tales consequentie sunt bone et aliquando non sunt bone. ¶ Ad quod sciendum videndum est an modus possit competere antecedenti nisi competat consequenti et tunc est bona consequentia et cum modo veritatis tenet non autem cum modo necessitatis vel possibilitatis et hoc quia in consequentia vt nunc ex necessario potest sequi contingens et ex possibili impossibile. Similiter videndum est an talis modus possit conuenire vni conuertibilium nisi conueniat reliquo. quia si non a diffinitione distributa ad diffinitum distributum et econuerso cum tali modo est bona consequentia. Unde ista consequentia est bona: omnem hominem esse animal est necessarium ergo omne animal rationale esse animal est necessarium et econuerso. et ita est de quibusdam aliis. Si autem possit talis modus competere vni propositionum conuertibilium absque hoc quod conueniat alteri non valet talis consequentia vniuersaliter. Unde per illa duo potest sciri quando tales consequentie ex talibus modalibus valent et quando non exempla quere per te ipsum. ¶ Alia regula est quod a differentia superiori distributa ad inferius distributum

rius distributum est bona 9ña. sicut sequitur oẽ sensibile est sba ergo ois homo est sba. ¶ Alia regla est: a conuertibili cum superiori distributo ad inferius distributum est bona 9ña. sicut si ly dormiens vel vigilans. sic conuertibile cum aiali: ista 9ña est bona: oẽ dormiens vel vigilans est coloratuz. ergo ois homo est coloratus. ¶ Alia regula est: a diffinitione superioris: ⁊ descriptione: ⁊ nois interpretatione: distributa ad inferius distributum est bona 9ña. ¶ Alia regula est: qñ contingit inferre diffinitum vel descriptum vel interpretatum cum distributioẽ contingit inferre diffõnẽ descriptiões ⁊ nois interpretationẽ cũ distributione. Et iste regule intelligẽde sunt sicut priores ita. s. q oẽs termi supponant psonaliter ⁊ significatiue.

A dña distributa

Similis qñ prioribus

¶ Cap. iij. De regulis qbus inferimus, ex vno distributo affirmatiue aliud distributuz respectu quorundam ⁊ non omnium predicatorum.

Dico de regulis p quas contingit inferre vlẽm respectu cuiuscunq predicati: dicendũ est de regulis p quas infertur vlis affirmatiua non respectu oium pdicatorum sed respectu aliquoruz. ¶ Et est vna regula talis: ab vno relatiuoz que sunt simul natura distributo ad reliquũ distributuz respectu hui⁹ verbi (est) bona 9ña. ⁊ non respectu aliorum predicatorũ. Unde bene sequitur: ois pater est ergo ois filius est: sed nõ sequitur: ois pater est hic intus ergo ois filius est hic intus. ¶ Nec sequitur: oẽ duplum est pedalis qñtitatis ergo oẽ dimidiũ ẽ pedalis qñtitatis. tñ aliqñ tenet 9ña tam respectu aliorum pdicatorum qz respectu huius verbi est. sicut sequitur: ois pater est homo ergo ois filius est homo. sed qñ tenet respectu alioruz pdicatoruz ⁊ qñ non. opz videre nãm illoruz relatiuoz: quod nimis foret longum enarrare. ¶ Sciendũ est etiam q illa regula non est gñalis. sicut non est verum vlr q omnia relatiua sunt simul nã. sicut declarat phus in li. pdicamentorum. ¶ Unde non sequitur calefactiuũ est ergo calefactibile est. ¶ Quid autez sit relatiua esse simul nã declaratum est in li. pdicamentoruz. ¶ Alia regula est: a toto distributo ad aliam partẽ distributam respectu huius verbi: est est bona 9ña. sicut sequitur: ois domus est ergo ois paries est. sed respectu aliorum pdicatorum nõ vz. qz non sequitur: ois domus componitur ex fundamento parietibus tecto ⁊ lapidibus ergo ois paries componitur ex his. ¶ Intelligẽdũ est q proprie loquendo nõ arguitur a toto distributo in talibus ad partem distributã: sed arguitur a noie totius vel a 9ceptu totius distributo ad nomen vel conceptũ partis distributũ. ⁊ sic intelligunt actores multas tales ppõnes. ⁊ si aliqñ dicã tales: conformando me dictis cõmunibus intelligo eas. ¶ Intelligendũ est etiam q pars aliqñ est talis q sine ea totuz esse nõ põt. sicut impossibile est q homo sit, ⁊ q aia intellectiua non sit: ⁊ de tali parte ⁊ toto dz intelligi q a nomine totius distributo ad nomen partis distributum respectu huius verbi est. est bona 9ña. ¶ Aliquãdo autem potest esse totum sine parte. sicut aliquid potest esse homo qñuis non habeat manuz, ⁊ de tali toto non intelligitur regula: qz non sequitur: ois homo est ergo ois manus est. ¶ Eadem regula que intelligitur de toto integrali ⁊ parte dz intelligi de toto ẽẽntiali ⁊ parte. ¶ Et eodem mõ intelligendũ est etiam q qñuis respectu aliquorum pdicatorz a noie totius ad nomen partis non sit bona 9ña: tñ est bona respectu aliquorum. ¶ Unde qñ oẽs partes sunt eiusdez rõnis sicut in homo generis a toto respectu pdicabilis in qd vel p se secundo mõ est bona 9ña. sicut sequitur: albedo est qualitas ergo pars albedinis est qualitas. ¶ Similr sequitur: albedo ẽ disgregatiua visus: ergo pars albedinis est disgregatiua visus. Qñ autem talis 9ña tenet ⁊ qñ non. nõ potest sciri nisi sciat in speciali tam nã totius qz natura partis. ¶ Alia regula est. Si concretum pdicatur de concreto distributo ⁊ abstractum pdicabitur de abstracto distributo: sicut sequitur: oẽ iustum est bonum ergo ois iustitia est bona. Notandũ etiam q illa regula est intelligenda qñ concretum ⁊ abstractũ ordinantur sm superius ⁊ inferius ⁊ non qñ sunt impertinentia. ⁊ ideo bñ sequitur: oẽ albũ est coloratũ ergo ois albedo est color. sed nõ sequitur: oẽ album est calidu z: ergo ois albedo est calor.

Ab vno correlatiuoruz

Sci.

A toto distri.

Intel.

Intel.

Sine q busi tot

Si concre tũ de cõ creto

Cõcreta ptinẽtia

¶ Cap. iiij. de regulis qbus infertur ex vno termino negato alter negatiuus respectu cuiuscq predicati.

Positis aliqbus regulis p qs tenent enthimemata inferentia vlẽm affirmatiuam ex affirmatiua qñuis plures alie possent poni de qbus dicetur inferius: ponende sunt modo regule p quas tenent 9ñe inferentes vlẽz negatiuam ex negatiua. ⁊ primo que deseruiunt vlibus respectu quorũcunq predicatoz. ¶ Est aũt prima regla gñalis talis: a superiori distributo ad inferi⁹ distributum negatiue est 9ña simplex: qualecũq sit illud inferius: siue sit inferius p se siue p accñs. Unde bene sequitur: nullus homo currit ergo nullus homo albus currit: nullum aial currit ergo nullus asinus currit. ⁊ sic de alijs. ¶ Ex quo pz. q tales 9ñe sunt bone: nullum aial est ens p accñs: ergo nullus homo albus est ens p accñs: nullus homo est ens diminutum ergo nullus hõ intellectus est diminutũ: ⁊ sic de alijs. ¶ Alie regule. q a diffinitiõe ad diffinitum cum distributione etiã negatiue. ⁊ a descriptione ad descriptum ⁊ econuerso: ⁊ nois interpretatiõe ad interpretatũ ⁊ ecõuerso: ⁊ ab vno 9uertibili ad reliquũ distributiue ⁊ negatiue est 9ña bona. ¶ Et illa que dicta sunt in primo capi. huius partis circa illas regulas intelligẽda sunt etiã circa istas q̃ non sunt hic expressa. Item: a dña superioris ad inferius ⁊ a diffõne superioris ad inferius negatiue cuz distributione tenet 9ña. ¶ Et sunt iste regule intelligẽde sicut priores.

A supe. riori negato

A diffõ ne negata

A dña negata

¶ Cap. v. ex quo termino negato non respectu cuiuscq pdicati inferatur alter terminus negatus.

Consequentis tenẽtibus p reglas que non deseruiunt respectu quorũcunq pdicatorum deseruiunt regule tales. Ab vno relatiuoruz que sunt siml nã ad reliquum negatiue cum distributiõe est bona 9ña. sicut:

sequitur: nullus filius est: ergo nullus pater est. et hec regula intelligēda est sicut prius. ¶ Alia regula est: a nomine partis distributo ad nomen totius distributum est bona ꝯña negatiue. ¶ Et hoc intelligendum est de parte sine qua totum esse nō potest. sicut sequitur: nulla aīa intellectiua est ergo nullus homo est: et iste regule intelligende sunt sicut cōsimiles affirmatiue.

A nole ptis negato.

¶ Alia regula est: si concretum negatur vniuersaliter de ꝯcreto et abstractum de abstracto. sicut sequitur: nullum album est coloratū ergo nulla albedo est color. et tenet hec regula q̄litercūq; se habeant ꝯcreta. Unde sicut sequitur nullū album est coloratū ergo nulla albedo est color. ita sequitur et nullū musicum est calidum ergo nulla musica est calor.

A ꝯcreto negato.

¶ Alia regula est. q̄ a negatione prioris distributi ad negationem posterioris est bōa ꝯña. sicut sequitur: nulla substātia est ergo nullum accidēs est. ¶ Sed illa ꝯña est vt nunc. q2 ꝑ potentiam diuinam posset accidens esse q̄uis nulla substantia creata esset. sed respectu aliorum predicatorū non valet. vt non sequitur: nulla substantia creata inheret ergo nullum accidēs inheret.

A negatiōe prioris.

¶ Alia regula est. a negatione sbi seu denominati ad negationem denominātis est bona ꝯña respectu non quorūcūq; p̄torum. sicut sequitur. nullū corpus est ergo nullū albū ē.

A negatiōe sbi.

¶ Ca. vj. vbi plurime ponūtur regule q̄bus multa communiter concessa ostenduntur falsa.

Post hec restat dicere quō vlis affirmatiua infertur ex negatiua et ecōuerso. sed q2 ista et alia predicta possunt patere ex predictis: ideo dicendū est de ꝯñtis inter ꝑticulares et indiffinitas. et q2 sicut dictū est prius ꝑticularis et indiffinita cōuertunt semꝑ q̄n termini supponunt ꝑsonaliter et significatiue. et q2 oēs regule fere q̄ deseruiunt enthimematibus ex particularibus et indiffinitis deseruiunt etiā ꝯñtijs ex singularibus: ideo dicendū est de eis ꝯiūter: et aliq̄n ponentur exempla de istis et aliq̄n de illis. ¶ Est autē primo dicendum de illis q̄ tenēt ꝑ mediū intrinsecū. ¶ Et est prima regula talis. A diffinitione ad diffinitū est bōa ꝯña a parte sbiti et etiā a parte predicati affirmatiue et ecōuerso: sicut sequitur: sor. est hō ergo sor. est aīal rationale. et est talis ꝯña simplex. ¶ Alia regula est. a descriptione ad descriptū est bona ꝯña et ecōuerso. Alia regula ē a nominis interpretatiōe ad nois interpretatū est bona ꝯña et simplex. ¶ Alia regula est. ab inferiori ad superius est bōa ꝯña sine distributiōe et affirmatiue et talis est simplex. ¶ Alia regula est. ab inferiori ad superius postposita negatiōe est bōa ꝯña. sed nō simplex nisi q̄n predicatio superioris de inferiori est necessaria. vnde illa ꝯña est ꝯña simplex: hō albus currit ergo hō currit. sed ista ꝯña est ꝯña solū vt nunc. hō nō currit ergo aīal nō currit. q2 dū hō ē aīal ꝯña est bōa q̄n hō non est aīal ꝯña non valet. ¶ Ex isto patet q̄ oēs tales sunt false: hō albus est aggregatū ꝑ accidēs: asinus intellectus est ens diminutū: mā prima caret forma: hō albus differt ab hoīe: intellectio diuina creaturarū est posterior ꝑsonā: essentia diuina in filio est posterior patre: hō intellectus fuit ab eterno: lapis intellectus est deus: et hmōi. q2 ille inferunt istas ꝑpositiones falsas: hō est aggregatū ꝑ accidēs: asinus est ens diminutū: mā caret forma: hō differt ab hoīe: intellectio diuina est posterior ꝑsona: essentia diuina est posterior patre hō fuit ab eterno: lapis est deus. ꝑ istam regulā q̄ nunq̄ deficit: ab inferiori ad superius sine distributione est bona ꝯña si termini supponāt ꝑsonaliter et significatiue.

A diffinitione

A descreptiōe

A nois interpretatione

Ab inferiori af.

Ab isc. neg. postposi.

Falsitas multorum coiter ꝯcessorum

¶ Si autē aliq̄ predictarū ꝑpositionū vel aliq̄ ꝯsimilis inueniatur in aliquo auctore exponēdus est auctor q̄ nō loquitur de virtute sermonis sed aliter. vel q̄ talis terminus non accipitur ꝑsonaliter sed simpliciter vel mālr. ¶ Alia regula ē. q̄ ab vno ꝯuertibilium ad reliquum est bona ꝯña. sicut sequitur: homo currit ergo risibile currit.

Et si inuenitur

Ab vno ꝯuertibiliū.

¶ Intelligendum est q̄ omnes predicte regule sunt intelligende q̄n omnes termini supponunt ꝑsonaliter et significatiue. q2 si termini supponant simpliciter vel mālr liter non valeret. vel etiā si ille terminus ratione cuius deberet tenere talis regula supponit aliter q̄ ꝑsonaliter non oportet ꝯñas valere. et ideo tales ꝯñe nō valent: aīal rationale est diffinitio ergo hō est diffinitio: aīal gressibile bipes est descriptio ergo hō est descriptio: hō est diffinitū ergo aīal ratiōale est diffinitum: homo est species ergo aīal est species: risibile est passio hoīs ergo hō est passio hoīs et hmōi.

Eo nāliter mōte nēt q° ordināt

¶ Alia regula est. q̄ ab aliquo sumpto cū determinatione ad ipsum sumptum sine determinatione est bona ꝯña. sicut sequitur: hō albus currit ergo hō currit.

A determināto

¶ Notandū est tamē q̄ aliquando de toto aggregato ex determinatione et determinabili predicatur altera pars aliquando vtraq; pars aliquando neutra. ¶ Uerbi gratia: de isto toto: hō albus: predicatur vtraq; pars. hec. n. est vera: hō albus est albus et hō albus est hō: et si hō albus sit oportet q̄ vtraq; illarū sit vera ¶ Aliquando altera pars tātum predicatur de toto. ¶ Uerbi gratia de isto toto: hō mortuus: predicatur hec pars: mortuus et non hec pars: homo: hec. n. est vera: hō mortuus est mortuus: et hec est falsa. hō mortuus est hō. ¶ Similiter ē de sillogismo sophistico. hec. n. ē vera: sillogismus sophisticus est sophisticus: hec autē est falsa: sillogismus sophisticus est sillogismus. ¶ Silr est de talibus falsum argumentū est sillogismus sophisticus. et huiusmōi. ¶ Aliq̄n autē neutra pars predicatur de toto: q̄uis totū predicatur de aliquo. sicut est hoc totum: album ſm dētes: neutra. n. illarū est vera. albū ſm dētes est albū: nec ista: album ſm dētes est dentes: q̄uis hec possit esse vera: album ſm dētes est album. et quādo ꝯtinget non erit nisi gratia materie.

Uariatio cōplexorum.

¶ Dicendū est igitur q̄ quādocūq; vtraq; pars predicat de toto semꝑ a tali toto ad q̄lꝫ partem est bona ꝯña. vnde ista ꝯña est bona: hō albus currit: ergo hō currit: et ergo album currit. ¶ Ex quo patet vt prius q̄ tales ꝯñe sunt bone: hō albus est ens ꝑ accidēs: ergo hō est ens ꝑ accidēs. ¶ Intellectio creaturarū est posterior patre ergo intellectio est posterior patre: lapis intellectus est realiter deus ergo lapis est realiter deus. Silr ista ꝯña est bona: lapis intellectus fuit ab eterno ergo lapis fuit ab eterno.

Q̄n vtraq;

¶ Q̄n autē altera pars p̄dicat tantū de toto tūc a tali toto ad illā partem est bona ꝯña. et

Q̄n altera tm̄.

ideo ista ꝯña

ideo ista ꝯña est bona: sor. est hõ mortuus ergo sor.
est mortuus: sed ad aliã ptem non valet ꝯña. nõ. n. se
Cõña neutra
quitur: sor. est hõ mortuus ergo sor. est hõ. Cõñ autem
neutra po pteur de toto ad neutrã ptẽ vz ꝯña ⁊ ĩõ ista
ꝯña nõ vz ethiops est alb⁹ ꝯz dẽtes ergo ethiops ẽ al
b⁹ ⁊ ergo ethiops ẽ dẽtes. ¶ Ex istis patet q̃ ista ꝯña
nõ valet: iste est albus monach⁹ ergo est albus. qꝛ ista
stant simul aliqs est albus monachus ⁊ nullus albus
monachus est albus. ¶ Siĩr non sequitur: ille est tuus
pater ergo est tuus: qꝛ iste stãt simul iste est tuus pater
⁊ tuus pater nõ est tuus: ñ tuus ĩpredicato dicit circũ
stantiã possessionis. Alia regula est. a ppositiõe sum
pta cũ aduerbio determinante opationẽ ad ipsam sine
determinatione sumpta valet ꝯña affirmatiue. sicut seq̃
tur sor. velociter currit ergo sor. currit. sor. male dis
putat ergo sor. disputat. ¶ Alia regula est. a prepõe
A pte cũ aduerbio
sumpta cũ suo casuali vel a terlatione equalenti ad
uerbio vel ꝑpositiõi ⁊ suo casuali ad illã sine tali ad
dito est bona ꝯña. sicut sequitur: hõ necessario est aial
ergo hõ ẽ aial: hõ dat denariũ cũ tristitia ergo hõ dat
denarium: hõ pse est aial ergo hõ est aial: hõ inq̃tuz
albus differũt ab hoies ergo hõ differũt ab hoie: es
sentia diuia ⁊ sapia differũt ⁊ sapia rõne ergo eẽntia
differũt. Ex isto pz q̃ oẽs tales ꝓpõnes de trute ser
Queꝫ creatũ ð se est nõ falsa ⁊c̃
mõis sũt false: q̃lz creatura de se ẽ nõ ens: q̃lz mã de
se caret forma: passum de se caret actu: idem sub vna
ratione est prius ⁊ sub alia ratione est posterius: idez
sub vna ratione est supius ⁊ sub alia inferius: idez v:
sic est album ⁊ vt sic est nigruz: idem ꝯm q̃ siĩr vt sic
est tale ꝯm q̃ aliter vt sic nõ est tale. ¶ Vñ q̃cq̃d affir
maꝫ de aliquo cum aliquo aduerbio vel cuz prepositi
tione ⁊ suo casuali vel alia determiatiõe equalente ad
Cõdicionẽ reduplicatiua.
uerbio vel tali prepõi cum suo casuali debet absolute
cõcedi de eo. ¶ Quicq̃d etiã predicaꝫ de aliquo cuz
dictione reduplicatiua absolute sine tali dictione vel
aliquo equalẽte ꝑdicatur de eodem. ¶ Ex quo pa
tet q̃ oẽs tales ꝯñe sunt bone: nã specifica est realiter
differẽtia indiuidualis ergo nã specificũ est differen
tia indiuidualis: genus ⁊ species sunt idem realiter:
ergo genus ⁊ species sunt idem: hõ est reliter hũani
tas ergo hõ est humanitas: intellectus est realiter vo
luntas ergo intellectus est volũtas: agens est realiter
passum ergo agens est passum: albũ p accidẽs nõ est
idem homini ergo album non est idem hoi: ⁊ sic de
Equalẽs ꝯditionali.
multis alijs que tamẽ ꝯñe negaꝫ a modernis. No
tandũ est q̃ ille regule intelligende sunt qñ p talẽ ad
ditionem nõ datur intelligi ꝑpõ ꝯditionalis. ¶ Et p
Vellẽ ẽẽ in luto cũ. c. Marchis.
hoc soluiꝫ: instãtia q̃ possũt adduci. ¶ Nã nõ seqꝛ:
vellẽ esse in luto cum centũ marchis ergo vellez esse
in luto. nam p istam ꝑpositionẽ: vellem esse in luto
cum centũ marchis intelliꝫ ista ꝯditionalis: vellẽ esse
in luto si possim ex hoc lucrari vel habere centũ mar
chas. ¶ Et ideo notandũ est q̃ ille regule sunt intel
ligẽde qñ nulla est variatio in añte ⁊ ꝯñte nisi q̃ illa
determiatio poniꝫ in añte ⁊ nõ in ꝯñte. ⁊ p hoc possunt
solui ille instãtie q̃ possunt adducioe scdo Lenchoꝝ
vbi videꝫ philosophus in tali mõ arguendi assignare
fallaciã ꝯm q̃d ad simpliciter. ¶ Vñ in talibus assi
gnat philosophus fallaciam ꝯm q̃d ad simpliciter:

dmittere egritudinẽ est bonum ergo egritudo est bo
na: q̃d nõ vult sapiens est malum: sapiens nõ vult ã
mittere bonũ ergo bonũ est malum. ¶ Patet mani
feste q̃ in istis ⁊ cõsimilibus nõ est bonus modus ar
guendi de q̃bus ponunꝫ ꝑdicte regule. ¶ Sciendũ
est etiã q̃ si ille regule hebent alicubi instantiã debẽt
habere qñ pticipium verbi non predicaꝫ de toto ag
gregato ex eodẽ pticipio ⁊ illa determiatione adiuncta
¶ Et ideo q̃cunq̃ tale pticipium ꝑdicatur de tali
aggregato regule vere sunt. possunt. n. oia talia en
thimemata reduci sillogismũ p asumptionẽ talis ꝓ
positionis q̃ est mediũ intrinsecũ talis ꝯñe. ¶ Vñ si
cut ista ꝯña est bona: ois hõ currit ergo sor. currit. ⁊
p assumptionem medij istius sor. est hõ reducitur in
sillogismũ sic arguendo: ois hõ currit sor. est homo
ergo sor. currit: ita ista ꝯña est bona: sor. currit velo
citer ergo sor. currit. qꝛ iste sillus ẽ bonus oẽ currẽs
velociter est currens sor. currit velociter ergo ⁊c̃. ⁊
sic de alijs. ¶ Et ita illa regula gñalis est vera qñ p
Limitatio
ticipiũ verbi predicaꝫ vĩr de pticipio eodẽ cum deter
iatioe ⁊ qñ nõ: nõ. ¶ Alia regula est ista a ꝑpõe vli
affirmatiua ad q̃lz indeffinitã pticularẽ affirmatiuã
vel singularẽ de cuius sbto vere predicatur sbm vlis
est bona ꝯña respectu eiusdẽ predicati nulla variati
one existẽte a pte determiationis. sicut sequitur: ois ho cur
rit ergo album currit qñ hec est vera: aliq̃d albuz est
hõ. ¶ Siĩr sequitur ois hõ est aial ergo aliq̃ substãtia
est aial: ex quo hec est vera: substãtia est hõ. ¶ Notã
In diuinis non tenere
dum est q̃ ista regula nõ habet locũ qñ sbm vel predi
catũ vlis importat aliq̃ rem vnam numero q̃ est plu
res res numero: vel iportat rẽ q̃ erit eadẽ realiter cũ
tali re que est plures res realiter. ⁊ ppter hoc ista ꝯña
nõ valet: ois psona ꝓducta distinguitur realiter a pso
na ꝓducẽte ergo essentia diuina distinguitur realiter
a psona ꝓducente: q̃uicunq̃ hec sit vera essentia di
uina est psona ꝓducta. nec ista ꝯña valet: ois essentia
diuina est pater ergo filius est pater: q̃uis hec sit ve
ra filius est essentia diuina. Est tamen aduertendũ q̃
nõ semp fallit hec regula q̃le tale sbm vel predicatuz
sumitur. imo aliqñ nõ fallit. vñ ista ꝯña est bona: oẽ
ens est creatũ vel increatũ ergo essentia diuina est cre
ata vel increata: ⁊ siĩr sequitur: ois psona diuina est ꝓ
ducẽs vel ꝓducta ergo pater est ꝓduct⁹ vel ꝓducẽs.
qñ autẽ valeat talis ꝯña in talibus terminis ⁊ qñ nõ:
potest sciri p illa q̃ predicta sunt superius in materia
de vniformi gñatione sillogismoruz de inesse ⁊ p ea
que dicta sunt sup sententias. sed in oibus alijs terminis
est regula vera gñaliter sine aliq̃ instãtia si termini sup
ponant psonaliter ⁊ nullus eorũ includit aliq̃d sin
cathegoreuma vel aliq̃d equalens. ⁊ ideo oẽs tales
ꝯñe sunt bone: oẽ aial est ens pse ergo ois hõ albus
est ens pse q̃lz psona diuina de necessitate est deus er
go hõ de necessitate est deus: q̃lz psona diuina fuit ab
eterno ergo hõ fuit ab eterno: ois edificator pse edi
ficat ergo album pse edificat: oẽ albũ p accidens edi
ficat ergo edificator p accñs edificat. Ex quo iste ꝓ
põnes sũt v̈e: hõ albus est aial: hõ ẽ psona diuia: aliqs
edificator est alb⁹: aliq̃d albũ est edificator. Et ĩõ ista
ꝯña est bõa: nã specifica de se ẽ ꝯmunicabilis ergo dẽa

individualis est de se cōmunicabilis: si hec sit vera: dr̃a individualis ē realr̃ natura specifica: que sequitur ex ista differentia individualis est realiter nã specifica sicut patet p regulam supra positā. ❡ Similiter ista ɔña est bona: omnis differētia individualis est incomunicabilis de se ergo nã specifica de se est incomunicabilis: si hec sit vera: natura specifica est differentia individualis. ❡ Silr̃ hec ɔña est bona: oē genus p̃tur de plibus differētibus specie ergo spẽs p̃tur de plibus differētib⁹ specie si hec sit vera spẽs est genus realiter. ❡ Similiter omnes tales ɔñe sunt bone: omnis intellectio divina est prior actu generandi ergo intellectio creaturarum est prior actu generandi ex quo hec est vera: intellectus creaturarū est intellectio divina. ❡ Similiter sequitur: omnis intellectus est speculativus ergo intellectus practicus est intellectus speculativus: omnis habitus speculativus est intellectu speculativo ergo habitus practicus est intellectu speculativo: vel sic: ergo hitus speculativus est intellectu pratico: si ois intellectus speculativus sit intellectus praticus. ois essentia divina est principium pducendi verbū ergo intellectio creaturarū est principium pducendi verbū.

Et si dicatur

❡ Et si dicatur q̧ talis ɔña non valet. qr si intellectio creaturarū esset principiū pducendi verbum ergo pater prius intelligeret creaturas q̃ pduceret verbū: ex quo principium pducēdi est prius pducto. hoc non obstat. vñ quō intellectio creaturarū est prior verbo τ quō pater prius intelligit creaturas q̃ pducit verbū: dictum est sup sentē. tias ideo ad presens ptranseo. ❡ Sed ad istam formam arguendi: intellectio creaturarū est prior in patre q̃ pducat ergo pater prius pducit creaturam q̃ pducat verbum. ❡ Dicendū q̧ illa forma arguendi non valet. sicut nō sequitur: sor. albus fuit prior platōe ergo sor. fuit albus anteq̃ plato fuit albus. nam posito q̧ fuerit plato filius sortis τ q̧ sor. nūc primo fit albus: hec tūc est vera: sor. albus fuit prior platone: τ sor. est sor. albus ergo τc̄. τ tamē hec est falsa sor. fuit albus anteq̃ plato: imo etiam hec est falsa sor. fuit albus anteq̃ plato fuit albus: posito q̧ sor. nunc primo fit albus τ q̧ plato fuerit albus a principio nativitatis sue.

Sortes fuit al. anteq̃ plato fuit al.

❡ Et notādum est q̧ aliq̃ talium ɔñaꝝ sunt solū bone vt nunc τ aliqne sunt ɔñe simplices. qñ autem predicatio añtis de sbto ɔñtis est necessaria tunc est ɔña simplex τ necessaria. qñ autē talis cathegorica est cōtingens τ non necessaria tunc talis cōsequētia est solū vt nunc. ❡ Vñ ista ɔña est simplex: quelȝ psona divina fuit ab eterno ergo immortale fuit ab eterno: qr hec est necessaria aliquod immortale est persona divina. sed hec consequētia solum est bona vt nunc: quelibet persona divina fuit ab eterno ergo creans fuit ab eterno: accipiendo subiectum in cōsequente pro eo quod est quia hec est contingens: creans est deus. ❡ Si autem sbm consequētis accipitur pro eo quod fuit consequentia de facto simplex est.

Illud qō fuit creans fuit

quia hec est necessaria: increans fuit deus accipiēdo subiectum pro eo quod fuit sicut hec est necessaria: deus. ❡ Intelligendum est etiam q̧ quando arguitur ab inferiori ad superius est semp ɔsequentia simplex q̃uis talis cathegorica non sit necessaria. ❡ Vñ hec est consequentia simplex omnis hō est animal ergo aliq̃ substantia est animal q̃uis hec nō sit necessaria aliqua substantia est hō. ❡ Intelligendū est etiam q̧ oēs regule predicte intelligende sunt quando termini supponunt psonaliter: quia si aliquis terminus supponat simpliciter vel aliter non oportet ɔsequentiā valere.

Nec supōe sunt ordinate τ nō in mãli.

❡ Alia regula est. a nomine numerali respectu huius verbi: est: ad nomen partis est bona ɔsequētia sicut sequitur: quatuor sunt ergo duo sunt.

A ñmio nuãli.

❡ Alia regula est. a nomine collectivo ad nomen partis est bona consequētia: sicut sequitur: populus est ergo hō est. τ debet ista regula intelligi quando tale totū non potest esse sine illa parte. sicut exercitus nō potest esse sine hoīe: ideo bene sequitur: exercitus est: ergo hō est: sed qr potest esse sine equo: ideo non sequitur: exercitus est ergo equus est: q̃uis equus aliquādo sit pars exercitus.

A noie col.

❡ Et est notanduȝ q̧ due regule predicte debent intelligi quando termini supponunt psonaliter τ respectu huius verbi: est: qñ pdicatur fm adiacēs. qr respectu aliorum predicatoꝝ non valet talis ɔña. non: n. sequitur: q̃tuor excedunt tria ergo duo excedunt tria: nec sequitur: populus est plures homines ergo hō est plures hoīes: respectu tamē aliquorū p̃roꝝ tenet talis consequentia: bene. n. sequitur: populus est hic intus ergo hō est hic intus: q̃tuor sunt hoīes ergo duo sunt hoīes: q̃tuor sunt alba ergo duo sunt alba. Unde quando predicatum nō potest convenire toti nisi competat alicui pti semp vel frequenter respectu talis predicati a toto numerali τ collectivo ad partem est bona consequentia aliter non.

Hoc igit erit gracia terminoꝝ

❡ Alia regula est. qñ sunt due ɔtrarietates si vnum extremum vnius ɔtrietatis predicatur de vno extremo alterius ɔtrietatis reliquum extremum predicabitur de reliquo. sicut sequitur: iusticia est virtus ergo iniusticia est vicium.

Qñ sūt due ɔtrietates

❡ Sciendū est q̧ illa regula habet veritatē quādo neutra ɔtrarietas habet medium. si. n. habet medium non valet: qr non sequitur: prodigalitas est vicium ergo illiberalitas est virtus.

Cōtrarietatē habere medium

❡ Alia regula est. si gñatio alicuius est bona ipsum quoq; bonū est. τ ideo sequitur gñatio hominis est bona ergo hō est bonus.

Si gñatio bōa

❡ Alia regula est. si gñatio alicuius est mala ipsum est malū. τ ideo sequitur gñatio hois est mala ergo hō est malus.

Si gña mala.

❡ Itē alia regula est. si corruptio alicuius est bona ipsum est malū.

Si corruptio bona

❡ Itē alia regula. si corruptio alicuius est mala ipsū est bonū.

Si corruptio mala.

Et nota q̧ bonum est duplex. s. naturale τ morale: de bono τ malo primo modo regule sunt intelligende sed de istis dicetur alias. ideo pertranseo.

Bonū duplex nãle τ morale

❡ Cap. vij. de ɔñtijs tenentib⁹ p media extrinseca τ plurime dant ille cū certis limitib⁹: vbi etiā an' iste filius dei vel ly Xp̄s sit inferius an ly hoīm τ quomō τ ratione cuius. τ quā principalē inferat ex eis ɔiugata.

Si principale, ɔiugatū

Datis aliquibus regulis de servientib⁹ ɔñtijs inferentibus affirmativā ex affirmativa p mediū intrinsecum: dicendū est nunc de regulis inferētibus affirmativā ex affirmativa p medium extrinsecum. ❡ Et est vna

Quid coniugatū qd principale qd casus

regule talis: s; principale de principali ꝛ coniugatū3 de coniugato. ꝛ casus de casu ꝛ ecōuerso: ꝛ vocatur coniugatum ꝯcretum ꝛ principale abstractū: ꝛ casus aduerbium sequens. vnde sequitur. iustitia est virtus ergo iustus est virtuosus: ꝛ qui iuste aliquid facit aliquid virtuose facit. ¶ Notandū est ꝙ illa regula oꝫ intelligi sic concretum ꝛ abstractum signt idē.

Intellectus regule

ꝛ tunc sp tenet regula si abstractū de abstracto ꝛ concretum de concreto. sed nō opꝫ sp ꝙ econuerso. sed ad hoc ꝙ econuerso teneat ꝯña opꝫ ꝙ ꝯcreta se habeant ſm supius ꝛ inferius. vnde bene seqtur: albedo est musica ergo albuꝫ est musicū. sed nō econuerso seqtur: album est musicū ergo albedo est musica.

Quid supi⁹ ad reliquū

¶ Et nota ꝙ illud est iferius ad aliud qñ ab illo ad ideꝫ aliud est ꝯña formalis ꝛ nō econuerso. sicut seqtur formaliter: sor. est homo albus ergo sor. est hō ꝛ non econuerso: ꝛ non sufficit ꝙ ad hoc ꝙ aliqd sit supius ꝙ predicet de oībus de qbus ƥtur aliud ꝛ de pluribus. ¶ Unde ꝙ̄uis oīa aīalia cēnt alba adhuc album non esset supius ad hoīem ꝙ̄tumcūqꝫ album ƥcetur de oī hoīe ꝛ de pluribus: ꝛ hoc qꝛ ista non est ꝯña formalis ꝛ simplex: sor. est hō ergo sor. est alb⁹

Non ƥtur superius de inferiori filius dei ē homo

ꝛ ppter hoc non valet ista ꝯña. deus est homo ergo deitas est humanitas: ꝙ̄tumcūqꝫ quilibet deus ꝛ quelꝫ ꝑsona esset homo. ꝛ hoc est. qꝛ deus non est inferius ad hoīem. nec hic ƥtur supius ō inferiori: filius dei est homo. sicut nec hic: sor. est albus. Et si dicatur ꝙ hic est ƥdio supioris de inferiori. Christus est hō: ergo p regulam prius datam seqtur. Christus est hō ergo deitas est humanitas qꝛ Christus non hꝫ aliquod aliud abstractū.

Christ⁹ est hō si sit superioritas

Dicenduꝫ est ꝙ si hec sit ƥdio supioris de inferiori hoc est qꝛ sbm equalet duobus concretis hñtibus duo abstracta quorum vnū est diuinitas ꝛ aliud humanitas. ꝛ cōcreta sunt: deus: vel fili⁹ dei q est hic homo: tunc ly Christus equalet huic toti: filius dei q est hic homo: ꝛ qꝛ Christus nō est inferius ad hoīem nisi qꝛ includit equalenter illud concretum: hic hō: ꝛ nō qꝛ equalenter includit hoc concretum: filius dei: ideo ex illa Christus est hō: si sit in ea ƥdio supioris de inferiori contingit inferre istam: hec humanitas est humanitas: ꝛ nō istam: diuinitas est humanitas.

Quam pncipalem hec ꝯiugata Christ⁹ ē homo infert

Exemplū est ad hoc. Nam hic est ƥdicatio supioris de inferiori: homo albus est albus: non qꝛ homo sit inferius ad ly album. sed qꝛ ly hoc album: demonstrādo quēcūqꝫ hoīem album est inferius ad ly albū. ꝛ ideo ex ista: homo albus est albus: non seqtur ista: humanitas est albedo: sed ista: hec albedo: demōstrādo albedinē hoīs: est albedo.

Equitas ē animalitas

¶ Ex isto pꝫ ꝙ tales ꝯñe sunt bone: homo est aīal ergo humanitas est aīalitas: equus est aīal ergo eqtas est aīalitas.

Limitatio

¶ Secundo est intelligendū ꝙ illa regula est intelligenda qñ concreta eodeꝫ modo se hñt ad sua abstracta: ita ꝙ si vnum ꝯcretuꝫ necio supponat pro alia re ꝙ̄ suum abstractum vel denotat supponere in ꝓpōne: ꝙ silr aliud ꝯcretum supponit pro alia re ꝙ̄ suum abstractū. ¶ Unde si vnū ꝯcretum supponit p alia re ꝙ̄ suum abstractū ꝛ aliud ꝯcretum supponat pro eodē p quo supponit suuꝫ abstractum nō opꝫ ꝙ si ꝯcretum predicet de concreto ꝙ abstractū ƥtur de abstracto: ꝛ ppter hoc ista ꝯña nō valet: hō est aīatus ergo humanitas est aīa. nam hō supponit p eodem pro quo supponit humanitas vel saltem supponere potest. nam si nulla humanitas sit assumpta manifestum est ꝙ non p alio supponunt subiecta illarum ꝓpositionum: homo est aīal: ꝛ humanitas est aīal: naꝫ cum hō supponat p toto composito ex oībus partibus essentialibus hoīs: humanitas supponeret p illa parte hoīs vel pro aliquo qd non esset illud totū nec pars si nō supponit p toto. ¶ Nec valet dicere ꝙ hō supponat p toto composito ex humanitate ꝛ dr̄ia indiuiduali ꝯhente humanitatē. Nam idem argumentuꝫ est de sor. pro quo supponit: aut pro toto aut pro parte. Silr idem argumentū est de hac humanitate p quo supponit: ꝛ manifestuꝫ est ꝙ nō supponit pro alio ꝙ̄ p quo supponit hic homo. Silr humanitas supponit p hac humanitate cū hec humanitas sit humanitas: sꝫ hec hūanitas nō includit tñ nām ꝙ̄ drīaꝫ indiuidualem: si esset aliqua talis dr̄ia. ¶ Silr pro eodem supponit p quo supponit hō sed sic se nō habent aīatum ꝛ aīa. naꝫ aīa supponit p parte tñ ꝛ ideo non valet homo est aīatus ergo humanitas est aīa.

Limitatio

¶ Itē nota ꝙ illa regula etiā est intelligenda qñ nullum sincathegoreuma includit in abstracto vel equalens quod non excluditur in ꝯcreto. ¶ Alia regula est. si aliqua ꝯña sit bona eodeꝫ addito vtrobiqꝫ adhuc erit ꝯña bona. sicut si ista est ꝯña bona: hō currit ergo aīal currit: ista ꝯña est bona: homo alb⁹ currit ergo aīal albuꝫ currit. ¶ Sciendū est ꝙ ista regula oꝫ intelligi qñ illud additum est adiectiuū vel substantiuū respectu illius cui additur ꝛ est purū cathegoreuma nō includēs equalenter aliquod sincathegoreuma: ꝛ ppter istud ꝙ̄uis seqtur: homo currit ergo aīal currit. tñ eodem signo addito vtrobiqꝫ non seqtur. qꝛ non seqtur: oīs homo currit ergo oē aīal currit.

Sūt. n. note immobilitas ascēsum

¶ Silr seqtur: sor. est albus ergo sor. est coloratus. ꝛ tñ addito vtrobiqꝫ ly nunc primo: nō valet ꝯña. nō enim seqtur: sor. nunc primo est albus ergo sor. nunc primo est coloratus. nam ly primo vel est sincathegoreuma vel includit equalēter sincathegoreuma. s. hoc sincathegoreuma non: ꝛ ppter idem bene seqtur homo currit ergo aīal curri. etiā si homo nō sit. ꝛ tñ negatione addita vtrobiqꝫ nō valet. non enī seqtur homo non currit ergo aīal non currit sicnim nulluꝫ aīal esset nisi vnus hoīs ꝛ ille curreret: aīs eēt verum ꝛ ꝯña falsum. Alia regula est.

Quod dicit sapiens est verum

¶ Quod dicit sapiens est verum. ¶ Et ideo seqtur: phus dicit sbam suscipe ꝯria ergo sba suscipit ꝯriū. ¶ Sed nota ꝙ ista regula nō est generalis nisi de auctore q errare nō potest vel q in dicto suo a tali instruitur. ꝛ ideo de hoīe loquente precise ex iudicio sue rōnis non est regula intelligenda sed precise a deo: ꝛ de alijs q instructi a deo loquebantur. ꝛ ideo ista ꝯña non est formalis Aristo. dicit hoc ergo est verum. naꝫ inter vera que locutus est: ſm veritateꝫ multa falsa inseruit.

Limitatio

Intelligendū est etiam ꝙ regula intelligenda est qñ aliqd dr̄ a tali sapiente non errante assertiue soluꝫ ꝛ non recitatiue tñ nec vt re ꝓbetur vel errore ꝓbetur.

Si simpliciter

¶ Alia regula est. ꝙ si simpliciter ad simpliciter: ꝛ

magis ad magis: & maxime ad maxie: vnde bñ seqtur peccans est malus ergo magis peccãs est magis malus. ¶ Sciendu3 est φ ista regula o3 intelligi qñ pdicatum in prima ppositõe pdicatur vir de subiecto ita φ nullo ↄtento possit negari. ¶ Debet etiam intelligi: qñ nihil additur in vna ↄña quod nõ additur in alia nisi hoc aduerbiũ magis. ¶ Simlr o3 intelligi nulla mutatione facta: vel non facta mutatione nisi circa signũ illius teri. ¶ Per primũ excludunt tales instantie: Bibere est bonũ ergo magis Bibere est magis bonu3 dormire est bonũ ergo magis dormire est magis bonum. q2 nõ oẽ dormire vel Bibere est bonum: imo aliquod dormire & aliquod bibere nõ est bonum. ¶ Per scõm excludũtur tales instãtie: iste est iustus ergo iste est virtuosus. & tñ non sequit iste est magis iustus φ ille ergo est magis virtuosus φ illemet. ¶ Simlr seqtur: iste est ebriosus ergo est malus. & tñ non seqtur iste est magis ebriosus φ ille ergo est magis malus φ ille. q2 si ille sit pcise ebriosus & excedit in ebrietate & non habeat aliud viciũ: alius autem sit modicũ ebriosus sed tñ cum hoc sit homicida: blasfemus: adulter: & sic de alijs vicijs: tũc ille est magis ebriosus φ iste: & tñ non est magis malus φ iste: vt p3. ¶ Per tertium excludunt tales instantie: iste est iustus ergo iste est virtuosus. & tñ nõ seqt: iste est magis iustus ergo est magis virtuosus. q2 ponamus φ augmẽtato in isto habitu iustitie diminuatur habitus aliarum virtutũ: quod est possibile. sicut in moralibus oñditur: tunc añs est verum & ↄñs falsum. ¶ Et si dicatur φ seqtur: oẽ simplex est pfectũ ergo magis simplex est pfectius. igit regula fm intellectum datu3 non est bona. ¶ Ad hoc dĩ φ ↄña non valet sed excludit p secundu3. q2 simplicius nõ dĩ aliqd q2 in se sit precise simplicius sed ncĉio dĩ respectu alterius: & ideo sicut non seqtur. ebriosus est malus ergo magis ebriosus φ soz. est magis malus φ soz. ita non seqtur simplex est pfectum ergo magis simplex est magis pfectum: q2 semp illa noia magis simplex magis pfectum reqrunt aliqd aliud ad quod dicant. nõ autem sic est de isto magis albu3 q2 posito φ nihil sit album nisi soz. adhuc poterit soz. esse magis albus φ̃ uis non sit magis albus φ alius: ¶ Alr ergo excludunt p iam dicta oia que non pñt cõpetere eidẽ in se sine cõparatiõe ad aliud: cuiusmõi est simplex. na3 impossibile est φ idẽ sit aliqñ magis simplex in se & aliqñ min9 simplex & ecõuerso. vñ cõpositũ sp est eque cõpositũ dũ est: simplex φ̃tũcunq3 cõponat cũ alijs: tñ in se est sp eque simplex dũ est. & sicut est de ista ita ẽ de multis alijs. ¶ Alia rla est. si singlare de singulari & plurale de plĩ & ecõuerso. & iõ seqtur: homo est aial ergo hoies sunt aialia. Notandum φ ista regula nõ h3 veritatem qñ alterum illoz noium pluralis numeri non vere pdicatur de aliquo subiecto alio. & propter hoc nõ seqtur: deus est ens ergo dĩ sunt entia. q2 illud sõm pluralis numeri & dĩ non dicit vere de aliquo subiecto: imo nec de seipsis. hec enim est falsa: dĩ sunt dĩ. ¶ Similiter si nullus homo esset nisi vnus solus hec ↄña non valeret & hõ est aial ergo hoies sunt aialia: q2 añs est veru3 & ↄñs falsu3.

Limitatio

Simplex pfectum

Multa de simplice

Si singulare

q2 ↄuersa ↄñtis est falsa. hec. s. aialia sunt hoies: & q2 quelibet singularis eius esset falsa. Similiter pdicta regula h3 instantiam qñ alter terioꝝ importat rem que est plures res: φ̃uis non sp sit negãda talis ↄñax vnde ista ↄña non v3: psona est diuinitas: ergo psone sunt diuinitates. Simlr h3 instantiã qñ alter terioꝝ est in recto & alter in obliquo. ideo non seqtur: effectus est a causa: ergo plures effectus sunt a causis. q2 si deus se solo oẽs effectus pduceret: añs esset veru3 & ↄñs falsum. Simlr non seqtur: hois est asinus ergo hoium sunt asini: nam posito φ oẽs hoies nõ habeant nisi vnum asinum. & tñ plures sunt asini: tunc añs est verum & ↄñs falsum. Silr predicta regula h3 instantiam qñ est pdio p acciñs & cõtingenter φ̃tumcunq3 de vtroq3 extremo verificetur esse tam in singulari φ in particulari. & ideo non seqtur: homo est cecus ergo hoies sunt ceci. Similr predicta regula capit instantiam qñ alterum extremũ est distributu3. q2 non sequitur: ois homo est cecus vel videns ergo oẽs hoies sunt ceci vel vidẽtes. nec seqtur: homo est cecus vel videns ergo hoies sunt ceci vel videntes. nam si nõ essent nisi duo hoies & alter eẽt cecus & alter videns: añs esset ver3 & ↄñs falsum. ¶ Alia regula est. si plurale de plurali & singulare de singulare sicut seqtur hoies sũt aialia ergo homo est aial. Ista regula sicut predicta intelligenda est quando singulare & plurale idem significant q2 si nõ haberent idẽ significatum consequentia non teneret.

Si plurale

¶ Cap. viij. de regulis p quas inferimus negatiuas vbi multa de ly differt qñ fm aliquas valet & non est idem & secundum alios valet est non idem.

Declaratis aliqbus reglis deseruientib9 ↄñtijs iferẽtib9 affirmatiuã: ex affirmatiua nũc dicẽdũ ẽ de rlis p q̃s tenẽt ↄñe inferẽtes negatiuã ex negatiua. Et est vna rla complectens multas que est talis. ¶ A diffõne ad diffinitum. A descriptione ad descriptu3. A nois interpretatione ad interpretatum. Ab vno ↄuertibiliu3 ad reliquũ & ecõuerso tenet ↄña: siue pponatur siue postponat negatio. ¶ Et ille rle intelligẽde sunt vt prius supponẽtibus oibus teris psonaliter & nulla alia variatione facta circa ppõnes & ideo tales ↄñe nõ valent: hõ non est passio hois ergo risibile non est passio hois: aial rationale mortale nõ est diffinitu3 ergo homo nõ est diffinitũ & hmõi. ¶ Alia regula. ab inferiori ad supius post posita negatione est bona ↄña. sicut seqt: hõ nõ currit ergo aial nõ currit. ¶ Sciendũ est φ qñ pdio supioris de iferiori est nccĩa tũc est talis ↄña simplex qñ aũt talis pdio est cõtingẽs tũc si talis ppõ est vera: ↄña est bona solũ vt nũc. qñ aũt talis ppõ est falsa: tũc ↄña nõ v3. vnde si nullus hõ sit: hec ↄña non v3: homo non currit ergo aial non currit. Per istam regulã tenent tales ↄñe: asinus nõ est homo ergo aial non est hõ: fortitudo nõ est temperantia ergo virt9 nõ est tempãtia. & hmõi multe. ¶ Alia regula est. a supiori ad inferius pposita negatione est bona ↄña: sicut seqtur: soz. non est aial igitur soz. nõ est homo. Intelligẽdũ est φ sp talis ↄña est simplex

A diffi.

In casu supponẽ & nõ l alia sic ordinantur

Ab isfe.

A superiori

siue descendatur

siue descendat ad inferius p se. siue ad inferius p accidens. ꝛ ideo oēs tales ꝯñe sunt bone: aggregatum p accñs non est aial ergo aggregatū p accñs non est homo albus: ens p accñs nō est hō ergo ens p accñs non est hō niger. ¶ Sed intelligēdū est ꝙ tales ꝯñe non valent qñ aliquod adverbiū vel ꝓpō cum suo casuali vel alia deteriatio equalens tali sequitur negatione in pńtia ꝓpōne: ꝛ propter hoc tales ꝯñe non valent: homo nō est necio corpus ergo hō non est aial: hō nō est necio coloratus ergo hō non est albus si tñ illa deteriatio vniformiter poneret in añte ꝛ ꝯñe frequenter valeret ꝯña. aliqñ tñ nō valeret. sicut nō sequitur hō nō est pri͠o corpus ergo hō nō est pri͠o aial. similr non sequitur: sor. nō est primo aial ergo sor. non est primo homo: intelligendo p ly pri͠o ꝙ inter sbm ꝛ pdcatum nō sit mediū.

Ly pri͠o imobilitat

litudine nō manente: ergo album ⁊ similitudo realiter distinguntur. ¶ Dicendum est ꝙ talis forma arguendi non valet generaliter. Unde non seqtur qñcunq; aliqua sic se hꝫ ⁊c̄. sed deus potest manere nō existente creante ergo ⁊c̄. sed nunqd ex talibus premissis seqtur ꝙ non sit idem realiter. Dicendū ꝙ nō seqtur: qñcunq; aliqua sic se habent ⁊c̄. sed deus potest esse creante non existente ergo creans ⁊ deus nō sunt idem realiter. Unde dicēdum est ꝙ nulla talis conclusio de inesse vel de possibili sumpta in sensu diuiso vel aliqua equalens ei seqtur ex talibus p̄missis generaliter. aliqñ tñ seqtur tam conclusio de inesse ꝙ̄ cōclusio de possibili. ⁊ ideo in tali modo arguendi est aliqñ figura dictionis ⁊ aliqñ non. Pro quo est sciendum ꝙ qñcunq; cum tali maior accipiuntur sub minore aliqua non cōnotatiua: nec relatiua: nec duo etiam ordinata s̄m superius ⁊ inferius seqtur semper conclusio de inesse ⁊ de presenti. s. ꝙ nō sunt idē realiter ⁊ p ɔñs ꝙ non possunt idem realiter. ¶ Et ideo bene seqtur: illud absolutum quod est scientia illius conclusionis potest esse sine absoluto quod est sciētia alterius ɔclusionis ergo illud absolutū quod est scientia illius ⁊ illud quod est sciētia alterius non sunt idem realiter. Sed si sumātur sub cōnotatiua: vel relatiua: vel ordinata s̄m superius ⁊ inferius est frequenter fallatia figure dictionis. patꝫ in exemplo de relatiuis. nam hic est fallatia figure dictionis: qñcūq; aliqua sic se habent ꝙ vnū potest esse alio nō existente illa sunt distincta realiter: sed deus potest esse non existente creante ergo deus ⁊ creans distingunt realiter vel possunt nō esse idem realiter. q2 premisse sūt vere conclusione existente falsa. De cōnotatiuis etiāꝫ pꝫ exemplum ꝙ nō seqtur: qñcunq; aliqua sic se habent ⁊c̄. sed homo potest esse nō existente musico ergo homo ⁊ musicus nō sunt ideꝫ realiter vel possunt distingui realiter. Similr̄ de alijs ordinatis s̄m superius ⁊ inferius pꝫ exempluꝫ. nam posito ꝙ nullum aial sit nisi homo: non seqtur: qñcunq; aliqua sic se habent ⁊c̄. sed aial potest esse nullo hoīe existente ergo hō ⁊ aial nō sunt idē realiter vel possunt distingui realiter. ¶ Sciendū ꝙ aliqñ seqtur cōclusio de possibili sumpto subiecto pro eo quod potest esse vel altero terio sumpto pro eo quod potest esse ⁊ hoc respectu huius predicati nō est idem realiter ⁊ aliqñ respectu huius distingui realiter. ¶ Sciendū est ꝙ illa propositio qñcunq; aliqua ⁊c̄. bonum intellectū potest habere ⁊ malū. accipiatur tñ in proposito s̄m bonum intellectū siue intellect⁹ ille sit de virtute sermonis siue nō ad presens nō curo. Sciendū est etiam ꝙ aliqñ sumendo sub cōnotatiua vel relatiua est fallatia figure dictionis ⁊ aliqñ non. ¶ Qñ autē hoc sit: ⁊ quō predicta propositio debeat intelligi: ⁊ qñ seqtur vna cōclusio ⁊ nō alia ostenderetur qñ tractabitur de fallatia figure dictionis. hoc autē sufficiat ad presens scire ꝙ talis modus arguēdi nō vꝫ: possibile est ꝙ album sit ⁊ ꝙ nulla similitudo sit ergo album ⁊ similitudo distinguunt realiter. Possibile est ꝙ sb̄a sit ⁊ ꝙ nulla q̄titas sit ergo q̄titas ⁊ sb̄a distinguntur realiter. Possibile est ꝙ absolutuꝫ sit ⁊ ꝙ nulla relatio ⁊ absolutū distinguntur realiter. possibile est ꝙ deus sit deum hec est vera creatio non est ergo deus ⁊ creatio non sunt idem realiter. sicut non seqtur etiam s̄m omnes: possibile est ꝙ album sit deum simile nō est: hoc est dum hec est vera simile nō est ergo album nō est simile ⁊ p cōsequens non seqtur: ergo album ⁊ simile distinguūtur realiter. Uerumtñ ista conclusio seqtur: hec est possibilis album nō est realiter simile: vel econuerso: simile nō est realiter albū: quod dico ꝓpter cauillationē que posset fieri. ¶ Et eodem modo ex antecedētibus aliarum cōsequentiarum sequuntur conclusiones. s. ꝙ hec est possibilis: similitudo non est album: vel econuerso. ⁊ ꝙ hec est possibilis: q̄titas non est sb̄a vel econuerso: ⁊ ꝙ hec est possibilis relatio nō est absolutuꝫ: ⁊ ꝙ hec est possibilis creatio non est deus vel ecōuerso: saltem si propositiōes possunt esse talibus rebus nō existentibus. ¶ Et ex isto antecedente possibile est ꝙ hec sit vera: album est: dum hec est vera: nullū simile est: sequitur ꝙ simile aliqd significat vel cōnotat quod nō eodem modo cōnotat vel significat album vel econuerso. nam simile tam cōnotat qualitateꝫ ꝙ̄ subiectū ⁊ album non cōnotat eodem modo alius subiectū ⁊ illam qualitateꝫ. quod pꝫ ex diffinitiōibus exprimentibus qd nominis albi ⁊ similis. ¶ Ita ex isto antecedente: possibile est ꝙ substātia sit ⁊ ꝙ nulla q̄titas sit: seqtur ꝙ iste terminus q̄titas aliqd significat, vel cōnotat quod non significat vel nō consignificat hoc nomen substātia eodē modo: quod verum est. nam hoc nomen q̄titas cōnotat partes quas non cōnotat substātia vel qualitas. ⁊ propter hoc illa habēt diuersas diffinitiones. tñ cum hoc stat ꝙ vnū vere predicatur de alio. sicut homo ⁊ albū diuersas habent diffinitiones: album aliquid cōnotat vel significat ꝙ non connotat homo vel significat.

¶ Cap. xxxj. de inductionibus quibus infertur propositio vniuersalis affirmatiua vel negatiua vbi multa habent que sint singulares ⁊ que non alicuius propositionis ⁊ ꝙ triplex est subiectum singularis ⁊ ꝙ aliqua propositio vniuersalis nō habet ⁊ potest non habere singulares.

Circa inductiōem que ponit vna species argumēti est primo sciendum ꝙ inductio est a singularibus ad vniuersale progressio. ¶ Ad hoc autē ꝙ fiat inductio reqritur ꝙ tam in singularibus ꝙ̄ in vniuersali sit idem predicatū ⁊ soluꝫ sit variatio a parte subiectorū. ¶ Uno modo ponēdo in singularibus precise pronomen demonstratiuū a parte subiecti sic arguendo: iste currit: ⁊ iste currit ergo ois homo currit ¶ Aliter sit ponēdo a parte subiecti pronomen demōstratiuum cum subiecto propositiōis vniuersalis sic arguēdo: hoc album currit: ⁊ illud albuꝫ currit ⁊ sic de singulis ergo omne albū currit. ¶ Similiter sit ponendo noīa propria in singularibus pro subiecto: si noīa imposita: sic arguendo: sortes currit: plato currit: ⁊ sic de alijs ergo ois homo currit. ¶ His visis vidēduꝫ est quomodo diuerse propo-

Aurea notata

Per sto demōstratiuum

Cum sto ⁊c̄.

sitiones vniuersales inducitur de suis singularibus: τ quomodo tales inferūt singulares: τ primo de illis de inesse τ de presenti. ¶ Et est sciēdum q̄ quādoq̄ȝ tales vniuersales habent singulares quādoq̄ȝ nō habent singulares. ¶ Qñ enim sbm verificat de aliquo tunc habent singulares. ¶ Qñ autem nō verificatur de aliquo non habent singulares. ¶ Et ideo si nullus homo eēt albus ista: ois homo albus est homo: non haberet aliquā singularem. qñ autem aliqs hō est albus tunc hȝ singularem. τ ita est de alijs. τ ideo etiam aliqñ eadem vlis potest inferri ex suis singularibus. s. qñ habet singulares. τ aliqñ non potest induci ex suis singularibus. s. qñ non habet singulares. ¶ Sunt ergo iste regule. Una est q̄ quelibet vniuersalis affirmatiua vera de presenti nō equalens ꝓpositioni de futuro τ de inesse hȝ aliquam singularē veram. si autem sit falsa non opȝ q̄ habeat aliquaȝ singularē falsam sed sufficit q̄ nullā singularem habeat: τ tñ denotatur habere. sicut ꝑ istam: ois chymera est: denotatur q̄ habeat aliquā singulareȝ veram: τ non habȝ: τ ideo est falsa. ¶ Alia regula est. si oēs singulares alicuius propositiōis sint vere vlis est vera. Et ista regula est generalis tam de affirmatiua q̄̄ de negatiua. ¶ Alia regula est. si vlis affirmatiua sit falsa opȝ q̄ aliqua singularis sit falsa. sicut si hec sit falsa: omne aial est asin⁹: opȝ q̄ aliqua singularis sit falsa. sed ad veritatem vlis negatiue non opȝ q̄ aliqua singularis sit vera. q̄ non opȝ q̄ habeat aliquaȝ singularem. sicut si nihil sit album hec est vera: nullum album est coloratuȝ: τ tñ nulla singularis est vera. ¶ Et si dicatur q̄ hoc posito hec est vera: hoc album nō est coloratum: demonstrato quocūq̄ȝ. ¶ Dicendum q̄ quāuis talia sit vera illa tñ non est singularis alicuius vlis. q̄ non est vlis huius: nullum album est coloratuȝ. ¶ Nam ad hoc quod aliqua singularis sit alicuius vniuersalis requiritur quod subiectum vlis predicetur de subiecto singularis. sic autem non est in proposito. hec enim non est vera illo posito: hoc album est albū: demonstrato quocūq̄ȝ. ¶ Et si dicatur q̄ quelibet singularis est singularis alicuius vlis. ¶ Dicendum est q̄ hoc nō est verum. Unde ista: iste homo est aial: demonstrando asinuȝ non est singularis alicuius vlis sed quelibet singularis in qua demonstratur aliqd de quo nō falsificatur terius cōmunis sibi addit⁹ est singularis alicuius vniuersalis. non sic autem est hic: hoc album est coloratum. Circa vlem de preterito sunt regule intelligēde sicut de vli de presenti. ¶ Sed circa inductionem ꝓpositionis vlis de futuro est primo sciendū q̄ dicendum est eodem mō de inductione propositiōis de futuro necessarie τ impossibilis sicut de illis de presenti τ de preterito. Sed circa inductionē propositionis vniuersalis de futuro in mā contingenti aliter dicendum est ſm veritatē τ fidem τ aliter ſm intentioneȝ Aristo. τ oritur ista diuersitas ex hoc q̄ aliter dicendum de veritate propositiōis contingentis de futuro ſm veritatem τ fidē τ aliter ſm opinionē Aristote. Nam Aristo. ponit q̄ nulla propositio ꝯtingens de futuro est vera nec aliqua cōtingens de futuro est falsa ita quod ſm intentionē Aristote. vna pars ꝯdictionis nō est magis scita a quocunq̄ȝ intellectu q̄̄ alia. ¶ Quia quod nō est magis verum nō est magis scibile τ propter hoc nō posuisset Aristo: futurū contingens esse scitum a deo: cum nullū tale ſm eum sit verum: τ nihil est scituȝ nisi verū. Sed veritas fidei ponit q̄ contingentia futura sunt scita a deo ita q̄ vna pars cōtradictionis est scita a deo: τ alia nō est scita a deo. Sicut deus ab eterno sciuit istaȝ: Beata Uirgo est saluāda: τ nunq̄̄ sciuit istam: Beata Uirgo non est saluanda: vel nunq̄̄ sciuit istam: Beata Uirgo est damnanda: propter hoc q̄ vna pars cōtradictionis est scita τ non alia: vna pars est vera: puta illa q̄ scita: τ alia nō est vera q̄ non est scita a deo. ¶ Secundū igitur intentioneȝ Aristote. vlis affirmatiua de futuro poterit esse vera q̄̄uis nulla singularis sit vera. sicut ista vlis secundū eum est vera: oē futurum cōtingens erit: imo ſm eū est necessaria. τ tñ ſm eum nulla singularis eius est vera τ q̄ demonstrato quocūq̄ȝ hec nō est vera ſm ipsum: hoc futurū contingēs erit. q̄ infert istam. hoc est futurū contingēs: que nec est vera nec est falsa. ſm eum. Similr ſm euȝ vlis de futuro poterit esse falsa q̄̄uis nō habeat aliquā singularem falsam. sicut hec vlis est falsa: nullum futurum contingens erit: τ tñ non habet aliquā singulareȝ falsam. q̄ quocūq̄ȝ demonstrato: hoc futuꝝ contingēs non erit: ſm euȝ propter causam dictā non est falsa. ¶ Et sicut aliqñ talis affirmatiua est vera τ nulla talis singularis est vera. ita aliqñ particularis affirmatiua est vera τ tñ nulla singularis est vera ſm eum. τ ꝑ hoc soluunt talia argumēta. Probat enim q̄ hec est vera: sor. erit cras: si hec est vera in aliquo instāti: sor. erit: que dȝ concedi ſm eum posito q̄ sor. sit: q̄ ponit q̄ nō est dare vltimum rei ꝑmanentis. si ergo hec sit vera in aliquo instanti: sor. erit: sit illud instās a. tunc hec est vera: sor. erit in. a. τ vltra ergo erit in aliquo instanti post. a. detur illud τ sit. b. τ vltra vt prius. ergo erit in aliquo instanti post. b. detur illud τ sit. c. τ sic tandem deuenietur ad diem crastinum. Diceret ad hoc ph̄us q̄ hec est vera: in aliquo instanti erit sor. sed nulla eius singularis est vera. τ ideo nō est dare illud instans in quo erit. vnde ſm eū illa est vera. in aliquo instanti erit sor. tñ nulla illaruȝ est vera. In. a. erit sor. in. b. erit sor. τ sic de singulis. τ ideo nulla istarum est danda. ¶ Et eodē modo dicendum est ſm eum ad similia argumēta. Sed ſm veritatem fidei talis vlis affirmatiua si sit vera τ scita a deo habet aliq̄̄ singularem veram: τ hoc q̄ semꝑ altera pars ꝯtradictionis est vera τ scita a deo. ¶ Tamen aduertendū q̄ aliqñ aliter vniuersalis vel particularis est vera: τ aliter singularis. aliquādo enim ſm vnaȝ opinionē vniuersalis est necessaria τ tñ nulla singularis est necessaria: imo quelibet singularis sic est vera q̄ quelibet potest esse falsa: τ potest nunq̄̄ fuisse vera. hec enim est necessaria: quodlȝ verum contingens futurum est verum: τ tñ nulla singularis est ita vera quin potuit nunq̄̄ fuisse vera. Similr potest esse particularis sit euidenter vera: τ tñ quelibet singularis est in euidenter vera: τ in hoc est aliqualis

similitudo

Margin notes (left, partly cut off): Aliqñ ... dēre sin ... gulares ... aliqñ n̄ ... / Ista nō ... eruant ... oui lo ... icātes

Margin note (right): Particularis sine singularis

similitudo inter opininnē Aristote. ꝛ veritatem fidei. Et sicut dictum est de propositiōibus de futuro ita dicendum de propositiōibus de preterito ꝛ de presenti equalentibus propositiōibus de futuro. Unde sicut ista est vera. iste saluabit ꝛ tñ possibile ꝙ nunq̄ fuerit vera. qꝛ seqtur iste peccabit finaliter ergo damnabitur: ꝛ vltra ergo nō saluabitur: ꝛ vltra. ergo ista nunq̄ fuit vera iste saluabitur. ꝛ antecedēs est possibile: manifestū est: ergo consequēs est possibile. similiter ista est modo vera iste fuit predestinatus ab eterno ꝛ tñ possibile est ꝙ iste nunq̄ fuit ꝑdestinatus. ꝛ hoc est quia iste fuit predestinatus ab eterno equiualet isti de futuro iste saluabitur ꝛ ideo sicut vna potest nunq̄ fuisse vera ita possibile est ꝙ alia nunq̄ fuit vera. ꝛ ista est differētia inter ꝓpositiones veras de futuro ꝛ eis equalentes ꝛ veritatē propositionum de preterito ꝛ de presenti que nō equalēt vni de futuro. qꝛ si aliqua ꝓpositio vera de presenti necessario semper erit verum postea dicere ꝙ illa propositio fuit vera. sicut si hec sit modo vera sor. sedet semp erit postea hec necessaria hec fuit vera sor. sedet ita ꝙ impossibile ē ꝙ tota hec propositio hec fuit vera sor. sedet sit postea nunq̄ falsa. Et similr̄ est de propositiōe de preterito. ¶ Nam si hec sit mō vera sor. fuit albus: hec erit semp postea necessaria hec fuit vera sor. fuit albus. Sed secus est de ꝓpositiōe de futuro. ¶ Naz ꝙ̄tumcūqꝫ hec modo sit vera Joānes saluabitur tñ hec erit postea contingēs hec fuit vera Joānes saluabitur. ¶ Et ꝑ hoc potest patere ꝙ ꝑdestinatio vel reprobatio vel aliqd huiusmodi nō potest esse relatio realiter inherēs creature predistinate vel reprobate. sicut aliqui dicunt. ¶ Nam si esset talis res sequeretur ꝙ iste q esset predistinatus nō posset dānari. nam si predistinatio sit talis res tūc ista erit vera iste est predestinatus propter talez rem sibi inherentē sicut ista est vera: sor. est albus propter albedinem sibi inherentem: ꝛ per consequens erit postea necessaria: ista fuit vera iste est predestinatus: ꝛ si hoc seqtur ꝙ illa est modo necessaria iste saluabitur. naz seqtur ista est necessaria illa fuit vera iste saluabitur ergo iste saluabitur. ꝛ antecedens est necessariū ergo cōsequens est necessarium. ꝛ ex hoc seqtur ꝙ illa est modo necessaria iste saluabit. ¶ Per ista patet ꝙ ꝓpositione aliqua contingente existente vera in aliquo instanti nullo modo potest esse falsa in eodē instanti. sicut si hec sit modo vera: iste habet actum bonum: impossibile est ꝙ in eodem instanti sit hec falsa: iste habet actum bonum. Cuius ratio est. qꝛ propter positionem possibilis inesse nunq̄ est negandum necessariū. sed posito inesse ꝙ ille peccet negandū est hoc necessarium post illud instans: ista fuit vera iste habet actum bonum in. a. ꝛ per consequens ipso. a. existente ꝛ illo habente bonum actum in. a. hec est impossibilis iste non habet actum bonum in. a. ꝛ tamen aliquando fuit possibilis. sed ex quo positum fuit in actu non est amplius possibilis.

Predestinationem nō esse relationem

¶ Cap. xxxij. quomodo modalis vniuersalis in sensu diuiso inducatur ex suis singularibus ꝛ ꝙ etiā indefinita ex eisdem infertur vel ex altera tñ.

Circa inductiōem propositionū vlium de modo est primo sciendū ꝙ si ꝓpōnes vles accipiunt in sensu diuiso vl̄ equalentes eis eodē modo inducitur sicut vles de inesse. ꝛ ideo omnes tales inductiōes sunt bone: iste homo cōtingenter est aial: ꝛ iste homo contingēter est aial: ꝛ sic de singulis ergo ois homo contingenter est aial. ¶ Iste homo nō de necessitate est aial: iste homo nō de necessitate est aial: ꝛ sic de alijs ergo nullus homo de necessitate est aial. Et est intelligendum ꝙ sicut in illis de inesē ita in talibus de modo ad veritatē inductionis nō refert in singularib⁹ ꝓ subiectis ponere pronoia demonstratiua solū vel ꝓnoia demonstratiua cum subiecto propōnis vlis vel noia propria significatorum illius termini cōmunis. ¶ Unde sicut oēs iste tres inductiōes sunt bone: iste homo currit: ꝛ iste hō currit: ꝛ sic de alijs ergo ois homo currit: iste currit: ꝛ iste currit ꝛ sic de alijs ergo ois homo currit. sor. currit: plato currit: ꝛ sic de alijs ergo ois homo currit: eodez modo est de quacunqꝫ vli de inesse. ita oēs tales inductiones sunt bone: iste contingenter est aial: ꝛ iste cōtingenter est animal: ꝛ sic de alijs ergo ois homo cōtingenter est animal. ¶ Iste homo contingenter est aial: ꝛ iste homo contingenter est aial: ꝛ sic de alijs ergo omnis homo contingenter est aial. Sortes cōtingenter est aial: plato contingenter est aial: ꝛ sic de singulis ergo ois homo contingenter est aial. ¶ Ex isto pꝫ ꝙ omnes tales inductiones sunt bone: hoc ꝑ se est aial: demonstrato aliquo albo: ꝛ illud est ꝑ se aial: ꝛ sic de alijs ergo oē album ꝑ se est aial. ¶ Et est illo ꝛ ista regula que vera est: qñ singulares sufficienter sumpte inferunt aliq̄ vlez vna singularis ꝑ se sumpta infert particularem ꝛ indefinitam illius vlis: seqtur ꝙ omnes tales ꝯñe sunt bone: ille ꝑ se edificat demonstrato aliquo hoie q in veritate est albus ergo album ꝑ se edificat: illo demonstrato: deus necessario est deus: ergo creans necessario vel ꝑ se est deus. quādo creans est deus illo demōstrato: filius dei ꝑ se est deus ergo homo ꝑ se est deus. ¶ Immo generaliter ex tali singulari in qua subijcitur pronomen demonstratiuū ꝑ se vel pronomen demonstratiuū sumptū cum quocūqꝫ termino cōi predicatur de illo pronoie demonstrante illud quod prius: vel etiam in qua subijcitur nomen ꝓpriū: ad talem particularem est bona consequentia. ꝛ ideo oēs tales consequētie sunt bone: hec res ꝑ se edificat demonstrato aliquo quod in rei veritate est album: ergo album ꝑ se edificat. iste homo non est aggregatū ꝑ accidens: demōstrato aliquo homine albo: ergo homo albus nō est aggregatum per accidens. iste homo albus est aggregatum ꝑ accidēs ergo homo est aggregatuꝫ ꝑ accidens. ¶ Hic tamē aduertēdum est ꝙ tales ꝯsequentie nō sunt semp simplices sed frequēter sunt vt nunc solū. vnde ista consequentia: sor. ꝑ se est aial ergo album ꝑ se est aial: nō est ꝯsequētia simplex sed tñ vt nūc. qꝛ nunq̄ vꝫ nisi dum sor. est albus. qñ enim sor. nō est albus tunc nō valꝫ. similr̄ ista ꝯsequentia: filius dei de necessitate est

Triplr̄ ex singularibus inducitur vlis

Regula correlatiua

deus: ergo homo de necessitate est deus: est solum bona vt nunc. qꝛ non v₃ nisi dum filius dei est homo. vnde ante incarnationē nō valuit. Similiter si filius dei deponeret naturam assumptam non valeret. Similiter talis ꝯsequentia est bona vt nunc: hec res potest assumi a verbo demonstrando naturā humanā₃ que est Joānes ergo suppositum potest assumi. qꝛ ꝑ istam: suppositū potest assumi: non plus denotaē nisi ꝙ illa res que est modo suppositū pōt assumi. ꝛ hoc est verum: sicut est verum ꝙ albū potest esse nigru₃. ꝛ ideo sicut hec est vera: album potest esse nigrū: nō obstante ꝙ hec est impossibilis. album est nigru₃: sic hec est vera: suppositū potest assumi: non obstante ꝙ hec est impossibilis: suppositu₃ humanū assumiē: ita si hec sit vera: edificatoꝛ ꝑ se edificat: hec est vera: album ꝑ se edificat: si idem sit edificatoꝛ ꝛ album. non obstante ꝙ hec eēt ꝑ se: edificatoꝛ edificat: ꝛ ꝑ accn̄s: album edificat. Aliud etiā aduertendū est ꝙ oēs predicte ꝯn̄e ꝛ consimiles sunt vere qn̄ termi supponunt ꝑsonaliter ꝛ sig̃tiue. qꝛ si aliqͥ termini acciperentur mālr vel simpliciter possent deficere sicut dictū est. ꝛ ideo tales ꝯn̄e non valent: homo albus sig̃t aggregatum ꝑ accn̄s: ergo homo sig̃t aggregatū ꝑ accn̄s. qꝛ añs ꝛ ꝯn̄s non est verum sumpto subiecto vel mālr vel simpliciter. Similiter nō seqͭtur. de illo albo ꝑdicatur ꝑ accn̄s edificare ergo de hoīe predicatur ꝑ accidens edificare. ¶ Et ita de multis alijs. ¶ Et ista de inductione ꝓpōnum vl̄ium de modo sumptaru₃ in sensu diuiso ꝛ eis equalentium ad p̄ns sufficiant.

¶ Cap. xxxiij. an modalis de modo composita possit induci ꝛ quotuplex eius pōt assignari singularis.

His visis videndū est quō oēs singulares de modo sumpte in sensu composito ꝛ eis equalentes se habent ad vl̄es de mō sumptas in sensu composito ꝛ eis equalētes. ꝛ qꝛ aliter est de diuersis: ideo de eis dicendum est separatim. ꝛ primo circa illas de necr̄io ꝛ est sciendum ꝙ semꝑ singulares de necessario. tales inferunt vl̄es de necessario nisi in singularibus subijciantꝛ ꝓnoīa demonstratiua sumpta cum subiecto ꝓpōnis vl̄is. Unde opposito ꝙ quel₃ ꝑsona diuina assumpsisset nām humanam ꝛ ꝙ nullus alius homo esset existēs. ista ꝯn̄a nō valeret: istum esse deum est necessariū: demonstrādo patrem q̄n rei veritate esset homo: ꝛ istum esse deu₃ est necr̄ium: demonstrādo filium. ꝛ istum esse deū est necessariu₃ demonstrādo spiritumsanctū: igitur omnem hoiem esse deum est necessariū. qꝛ añs erit verū illo casu posito: ꝛ ꝯn̄s falsum: tn̄ illo posito ista ꝯn̄a esset bona: istum hoiem esse deum est necessariū: demonstrando patrem. ꝛ istum hoiem esse deū est necessarium: demonstrādo filium. ꝛ istum hoiem esse deum est necessariū: demonstrando spiritūsanctum. ergo omnē hoiem esse deum est necessariū ex inductione. ꝛ hoc si nō possunt esse plures hoīes. ¶ Ubicunq₃ enī₃ possunt plura cōtineri sub subiecto vl̄i q̄ꝫ contineātur in inductione nō valet ꝯsequentia virtute talis inductiōis. Sic igitur p₃ ꝙ raro vel nunq̄ꝫ singulares de necessario habētes precise ꝓnoīa demōstratiua pro subiectis sumpte in sensu composito inferunt vl̄em sumptam in sensu composito. ꝛ hoc qꝛ illa regula non est gn̄aliter vera. Omnes singulares sunt necessarie ergo vl̄is est necessaria. ¶ Similiter talis vl̄is de necessario non infert tales singulares. ꝛ hoc qꝛ illa regula nō est generalis. ¶ Uniuersalis est necessaria: oē verum contingens est verum: ꝛ tn̄ nulla singularis eius est necessaria: imo quel₃ est contingens qꝛ quocūq₃ vero contingenti demonstrato hec est contingēs: hoc verum contingēs est verum: qꝛ eo ipso ꝙ est verum ꝯtingens potest esse falsu₃: ꝛ ꝑ ꝯn̄s potest non esse veꝝ. ꝛ ita nō est illa prima necessaria. Similiter ſm intentionē phi hec est necessaria: oē album est coloratum: ꝛ tn̄ quelibet singularis est contingens. quocūq₃ enī demonstrato hec est ꝯtingens: hoc album est coloratū. qꝛ potest esse falsa illo destructo. ¶ Tn̄ sciendū est ꝙ aliqualis diuersitas est inter vl̄em affirmatiuam ꝛ negatiua₃. nam ex hoc ꝙ vl̄is affirmatiua est necessaria nō potest inferri ꝙ singularis de subiectis que non sunt pronoīa demonstratiua siue alie sunt necessarie. Sed si vl̄is negatiua sit necessaria q̄uis nō oporteat ꝙ ille singulares que habent pro subiectis pronoīa demōstratiua sumpta cū subiecto ꝓpositionis vl̄is sint necessarie. tn̄ ille sumpte cum pronoīe demonstratiuo cum termino ꝛc̄. sunt necessarie. sicut hec est necessaria: nullū album est nigrum tn̄ nulla singularis est necessaria hec enī nō est necessaria: hoc nō est nigrum: illud non est nigrum: quocūq₃ albo demonstrato. nec aliqua talis: soꝛ. nō est niger: plato non est niger: sed quelibet talis est necessaria: hoc album non est nigru₃: illud album non est nigrum. ꝛ sic de alijs.

¶ Cap. xxxiiij. quod vniuersalis de possibili nō infertur ex singularibus de possibili.

Circa inductionem vniuersalium de possibili est sciendū ꝙ ex singularibus non seqͭtur vl̄is. qꝛ illa regula non valet. ¶ Omnes singulares sunt possibiles ergo vl̄is est possibilis. sicut non sequitur hec est possibilis: hec propositio cōtingens est vera: ꝛ hec est possibilis ista ꝓpositio cōtingens est vera: ꝛ sic de singulis ergo hec possibilis: oīs propositio contingens est vera: ꝛ ita frequenter vl̄is est impossibilis ꝛ quelib₃ singularis est possibilis. ꝛ ideo talis ꝯsequentia non valet. istud lignu₃ cōtinuum est actu diuisu₃ est possibile: ꝛ sic de alijs ergo oē lignum cōtinuum esse actu diuisum est possibile. ꝛ hoc accipiendo oēs propositiones in sensu composito. nam si acciperetur in sensu diuiso conclusio esset vera. qꝛ ista est vera: omne lignum continuū potest diuidi. ¶ Et si dicatur ꝙ sicut ex possibili non sequitur impossibile ita ex possibilibus non sequitur impossibile. ¶ Dicendu₃ est ꝙ ex possibilibus ꝛ compossibilibus non sequitur impossibile. tamen ex possibilibus bene sequitur impossibile. ꝛ ita est in proposito. quia singulares talium vniuersaliu₃ impossibilium si sint possibiles tamen sunt simul cum hoc incompossibiles. ¶ Est tamen hic notandum ꝙ quādoq₃ vnius vl̄is

sunt infinite

Suppositū pōt assumi

Facilr oīa patent si ꝑ cognosceretur ꝙ modi in mobilitant

Dr̄ia iter negatiuam ꝛ affir.

Possibiles in compossibiles

sunt infinite singulares. et qñ sic est possibile est q vlis sit impossibilis et quelibet singularis possibilis. et nulle due singulares sunt incompossibiles. sed tñ quelz vna accepta est incōpossibilis oibus alijs simul sumptis. qñq autem vnius vlis sunt finite singulares: et tunc si vlis sit impossibilis necesse est q aliqua singularis est impossibilis vel aliq̄ singulares in certo numero sint incompossibiles. ¶ Notandū est q illa regula non est vera. Vlis est possibilis ergo sue singulares sunt possibiles. sicut si nullus homo sit albus et multi asini sint albi: hec vlis est possibilis: oē album est homo: et tñ nulla singularis est possibilis: qz quocunq albo demonstrato hec est impossibilis: hoc album est homo: et tñ sit vlis sit possibilis opz q possit habere oēs singlares possibiles. sicut illo casu posito ista: oē album est homo: nullam hz singularem possibilem et tñ potest habere. qz posito q nihil esset album nisi homo tunc istius vlis: omne albuz est homo: omnes singulares essent possibiles.

¶ Cap. xxxv. quod vniuersalis composita de contingenti non infertur ex suis singularibus de cōtingenti et etiam de alijs modis aliquibus.

Circa illas de contingēti est sciendum q singulares de contingenti nō inferunt vlem de contingenti. qz illa regula non vz. Singulares sunt ɔtingentes ergo vlis est contingēs. ¶ Quelibz eni singularis illius vlis est contingens: ois ppō vero contingens est vera: et tñ vlis est necessaria. similiter ista est impossibilis: nullū verum contingens est verū. et tñ quelibet singularis est ɔtingens. et ista talis inductio non vz: hanc ppōnem veram ɔtingentem esse verum est ɔtingens: et istam ppōnem verum ɔtingentem etc. et sic de alijs. ergo oēm ppōnez veram ɔungentem esse veram est cōtingens. silr non seqtur econuerso. qz regula ista est falsa. Vlis est contingens ergo quelibet singularis. Per ista pz q ambe illarum regularū sunt false. Oēs singulares sunt impossibiles ergo vlis ē impossibilis. ¶ Vlis est impossibilis ergo oēs singulares sunt impossibiles. sicut p predicta pz. ¶ Et eodem modo raro alie ppōnes modales vles sumpte in sensu cōposito inferunt suas singulares sumptas in eodem sensu. sicut nō seqtur: oēm hoiem esse risibilem est primo veruz ergo hunc hoiem esse risibile est primo verū. et tñ frequenter est bona inductio ex singularibus ad vlez. Unde bene seqtur: hunc hoiem esse aial est p se veruz: et istū hoiem etc. et sic de alijs ergo oēm hoiem esse aial est p se verum. et ita est de multis alijs. ¶ Qñ autē hoc sit et qñ non: pōt facilr sciri p ea q̄ dicta sunt: et sciēdo qd requiritur ad hoc q talis ppō modalis sit vera. et ideo ad presens de inductione ista sufficiant. — Nā eniz licet descēdere

¶ Cap. xxxvi. vbi ponunt rle qbus cognoscitur an aliqd sit equocū vbi multa notant de hac materia.

Post hec dicendum est de regulis qbus potest pbari aliqd esse equocum. ¶ Et primo ponēde sūt regule quas ponit Aristo. primo Topicorum. ¶ Est aūt regula sua talis quod ɔtratur diuersis est equocuz. Poro ista regula et alijs sequentibus est primo notandū in generali q equocatio cum non sit nisi nois que est vox vel scriptura ad placitum significatiua: et p ɔñs non aliqua equocatio nisi ad placitū non pōt sciri que vox vel scriptura est equoca et que non: nisi ɔuincendo ex dictis auctorum que vtebant vna impositione nois vel pluribus. ¶ Hoc autē nō potest sciri nisi p hoc q in vno loco attribuebant aliquod ɔ̄trum noi: et in alio loco attribuebant eidem aliqd repugnans primo. ¶ Et p hoc potest haberi equocatio. et ideo qñ aliqd ɔ̄tratur pluribus ita q inuenit in aliqbus vnum ɔ̄trari vlr: et in alijs reliquum ɔ̄trari eidem vlr sumpto: tunc manifestum est illud equoce accipi. Et ideo si aliqñ inuenitur illa ppō: omni acute ɔ̄tratur graue. et aliqñ illa: omni acuto ɔ̄tratur obtusuz: manifestū est q taliter vtētes hac voce acutū equoce vtebant. — Per quid cognoscat equocū ¶ Quia si acutum nō esset equocum: manifestū est q vtraq ppōnum predictaꝝ erit falsa. si enim acutuz nō esset equocum acuto in voce et acuto in magnitudine: hec esset falsa: oi acuto ɔ̄tratur graue: pro multis singularibus sicut manifeste pz. Et similr pz manifeste q alia esset falsa. ¶ Et ex quo auctores tales vles concesserunt oportuit eos vel mentiri vel equoce vti voce eadem. si aūt posuissent tñ indiffinitas que nō inferunt predictas vles non posset ɔcludi istam vocez esse equocuz. ¶ Aliud est notandū q. p. vult hic q illud quod est equocum hz ɔ̄trium. ex quo pz q cuz sola vox vel scriptura sit equoca ipsamet hz ɔ̄trium. Ex quo vox talis non ɔ̄tratur alteri voci nisi q̄ sit in compossibili in eodem subiecto nō plusq̄ alteri opz necessario q Aristo. equoce vtatur hac voce ɔ̄triuz: quod verum est. — Ex inde finitis eo ctoꝝ vti buss nō n seq equocatio nem ¶ Sed qño hoc nomen ɔ̄triuni est equocum: dictum est in li. predicamentorum. ¶ Alia regula est. et est Aristo. si noi proposito sint plura ɔ̄tria q̄uis contenta sub aliquo vno noie: illud nomen est equocum: sicut album est equocuz. nam sibi ɔ̄tratur nigrum quod est equocum ad vocez et ad colorem. ¶ Quod autē ista sint equoca pz. qz sensib' diuersis apprehendunt. ¶ Notandū est q non ex hoc precise q aliqua apprehendunt diuersis sensibus ɔtingit inferre q nomen cōe eis est equocum. tunc eni qualitas esset nomen equocum: qd falsum est. sed qñ aliqua apprehendunt a diuersis sensibus tūc nomē cōe eis aliqñ vlr sumpto attribuitur apprehendi ab vno illoꝝ sensuum. et aliqñ eidem vlr sumpto attribuit apprehendi ab alio sensu: est equocum eis. ita est de exemplo Aristote. Nam aliqñ dicunt auctores q oē album est apprehensibile a visu sicut nāles. aliqñ autem dicunt q oē nigrum est apprehensibile ab auditu sicut musici et ita opz q equoce vtantur hac voce album et etiā hac voce nigrum non sic aūt inuenitur aliqñ q oīs qualitas apprehēditur a visu et aliqñ ab auditu vel alio sensu — Ex diuersis sensibus equiuocatio ¶ Tertia regula est. si nomen ppositum aliqñ habeat ɔ̄trium et aliqñ non: est equiuocum. sicut delectatiōi in potu est aliqd ɔ̄trium. delectationi sm scientiam nihil est ɔ̄trium. similr amare sm aiam est aliqd ɔ̄trium et amare sz corpus nihil est ɔ̄trium, ergo tam delectatio q̄ amare est equocū. — Alius modus cognoscēdi equocum.

¶ Notandū est ꝙ non ex hoc precise ꝙ vnum ꝯtē-
tum hꝫ ꝯtrium ⁊ non reliquū potest ostendi ꝙ illud
cōmune est equocum: nūc enim qualitas esset nomen
equocum. sed ex hoc ꝙ aliq attribuunt aliqn̄ habe-
re ꝯtrium illi nomini vl̄r sumpto ⁊ aliqn̄ negant: seq
tur ꝙ equoce vtantur hoc noīe. ¶ Aliud notādum
est ꝙ ista que dicit Aristo. de delectatione ⁊ amare di
Ex alio cit tantūmodo gratia exempli. ¶ Quarta regl'a est.
equocū ꝙ si aliqua concrēta sub noīe cōi habeat aliqđ mediū
⁊ alia non habeant: vel si habēt mediū non tn̄ idē
medium: tunc illud nomen cōe est equocū. sicut al
bum ⁊ nigrum in colore habent mediū vt notū est.
sed in voce vel non habent mediū vel habent aliud
medium. s. raucum. ⁊ ideo tam album ꝙ nigrū est
equocum. Ista regula est intelligēda sicut preceden
tes qn̄. s. talibus vl̄r sumptis attribuitur habere me-
dium ⁊ aliqn̄ negatur ab eis medium vel attribuitur
aliud medium. ¶ Quinta regula est. si aliqua cōcre
ta habeant plura media ⁊ alia nō tunc nomen cōe est
equocum. sicut album ⁊ nigrū in colore habeāt plu
ra media: in voce nō: ideo album ⁊ nigrum sunt eq-
Concre uoca. ¶ Notandum ꝙ qn̄ dicit. p. album colorē nō
tū ꝓ ab- loqtur proprie sed in ꝓprie ponendo ꝯcretū pro ab-
stracto stracto: hoc est album ꝓ albedine q̄ est color. ¶ Sex
Ex alio ta regula est. si vnum ꝯtrariorum dr̄ multipliciter reli-
equiuo- quum dr̄. sicut multis nō videre est equocum ad nō
catio habere potentiā visiuam ⁊ ad nō vti potentia visiua
ideo videre est equocum. Sciendū est ꝙ ista regula
sicut quelꝫ talis si vnum ꝯtrariorum est equocum ⁊ re-
liquum est equocū. Et si vnum priuatiue oppositoꝝ
est equocum ⁊ reliquū est equocum: est intelligenda
qn̄ sibi opponunt in eodē genere oppōnis in vtroqꝫ
sensu. si aūt non: tunc nō opꝫ ꝙ si vnum oppositorū
Ex alio sit equocum ꝙ reliquū sit equocū. ¶ Septima re-
equiuo- gula est. vna que dicta est. s. si vnū priuatiue opposi
catio torum est equocum ⁊ reliquū est equocum. sicut si
sensibile sit equocum qr̄ aliqđ dr̄ sensibile ſm aīam:
puta ꝙ hꝫ aīam sensitiuam: ⁊ aliqđ dr̄ sensibile ſm
corpus. puta ꝙ potest sentiri. opꝫ ꝙ isensibile sit eq-
uocum. ⁊ patꝫ prius quo mō illa regula dꝫ intelligi.
Ex alio ¶ Octaua regula est. si casus sit equocū ⁊ ꝯiugatū
equiuo- erit equocū ⁊ ecōuerso. sicut qr̄ iuste dr̄ equoce si lr
catio ⁊ iustum. Silr sanatiuū dr̄ equoce ergo ⁊ sanatiue.
Qualiter aūt debeat cognosci ꝙ casus vel ꝯiugatum
dr̄ equoce nō potest sciri nisi ꝑ auctores q aliqn̄ attri
buunt aliqđ casui vel cōiugato vl̄r ⁊ aliqn̄ dicunt ꝯ-
trium. ¶ Nona regula est. ꝙ qn̄ aliqua concreta sunt
Ex alio in diuersis ꝑmentis nomen cōmune eis est equocū.
equocū ¶ Sed sciendū est ꝙ ista regula sicut ꝑcedentes dꝫ
intelligi qn̄ illi non sumpto vl̄r diuersa predicata nō
subordinata attribuunt. sicut delicati dicunt ꝙ ois ci
bus bonus est effectiuus voluptatis. medici autē di-
cunt ꝙ ois cibus bonus est effectiuus sanitatis ⁊ econ
uerso. manifestū est ꝙ isti ⁊ illi vtuntur equoce hoc
noīe bonus. Similr morales dicūt ꝙ ille est bonus
qr̄ est iustus vel fortis ⁊ ita pꝫ ꝙ hoc noīe bonus eq-
Ex pn̄ti uoce vtuntur diuersi. ⁊ ita est de hoc noīe: album ⁊
equiuo- hoc noīe acutū ⁊ sic de alijs. ¶ Decima regula est.
catio. si nomen ꝑpositū est in diuersis gn̄ibus nō subalter-
nis ipsum est equiuocum. ¶ Nota ꝙ iste due regu-
le intelligende sunt sicut precedentes: ⁊ simul cum
hoc sunt intelligende quando illa genera non subal-
terna sic non subalternant ꝙ vnum necessario remo
ueatur a reliquo vniuersaliter sumpto. si enim vnum
predicetur de reliquo particulariter sumpto nō opꝫ.
⁊ ꝑ hoc patet ꝙ ꝑ illas regulas non potest probari ꝙ
idem nō potest esse in diuersis predicamentis aut in
diuersis generibus non subalternis: nisi vnum re-
moueatur vl̄r a reliquo ⁊ hoc necessario. ¶ Unde-
cima regula est. si vnum ꝯtrariorum sit equocum ⁊ re- Ex ꝯtrie
liquum. ¶ Duodecima regula est. qn̄ vnū attribuit tate eq-
multis diffinienda sunt composita ex illis multis ⁊ il uocatio
lo vno: ⁊ si multis illis ablatis nō remanet idem no- Ex alio
men illud nomen erit equocum. sicut album ꝯuenit equiuo-
voci ⁊ corpori. ⁊ illa duo composita album corpus catio
sunt diffiniēda sic: albū corpus est res informata tali
colore: ⁊ vox alba diffinitur sic: qualitas bn̄ audibi-
lis: ⁊ manifestum est ꝙ ille diffōnes non sunt eedem
ideo album est equocū. Aliter potest dici ⁊ melius
ꝙ illud cōe est diffiniendum ita tn̄ ꝙ illa qbus cōue
nit ponant ibidem ⁊ tunc si ab illis ablatis quod re-
manet nō est idem: illud nomen erit equocum. sicut
nālis si diffiniat album dicet sic: albū est corpus ha-
bens talem colorē. ¶ Et musicus diffiniet sic albū:
album est vox bn̄ audibilis. ⁊ manifestū est ꝙ ablatis
illis duobus corpus ⁊ vox quod remanet nō est idē
ideo album est equocū. ¶ Tredecima regula est. si
concreta nō sint cōparabilia ſm magis ⁊ minus nec Ex alio
ſm equa: nomen cōe eis est equocū. ⁊ intelligit ista equiuo-
sicut predicte. ¶ Decimoquarta regula est. illud no catio
men quod est dr̄ia diuersoꝝ generum nō subalterna Ex alio
tim positoꝝ est equocum. sicut acutū est dr̄ia vocis equiuo-
⁊ etiam dr̄ia magnitudinis. ideo acutū est equocū. catio
Sciendū est ꝙ ꝙuis de eadem dr̄ia possint predica-
ri diuersa genera nō subalternatim posita idē tn̄ nō
potest esse dr̄ia diuisiua talium gn̄um diuersorū si-
cut dicit hic Arist. ¶ Decimaquinta regula est. illud
quod diuiditur ꝑ diuersas dr̄ias in diuersis locis est Equo-
equocum. sicut color aliter diuiditur in nāli philo- catio ex
sophia ⁊ in musica. ⁊ in rethorica. ideo color est eq- diuisiōe
uocum. Intelligendū est ꝙ nō accipitur hic dr̄ia pre
cise pro dr̄ia essentiali sed etiā ꝓ accidentali. ¶ De-
cimasexta regula est. si idem nomen aliqn̄ ponat spe Ex alio
cies vnius ⁊ aliqn̄ differentia alterius: nomen est eq- equiuo-
uocum. ¶ Notandū est etiaꝫ ꝙ gn̄aliter qn̄ aliquod catio
nomen vel dictio quecūqꝫ ſm vsum recte loquentiū
⁊ intelligentiū attribuitur alicui vl̄r sumpto ⁊ alibi
ſm vsum recte loquentiū siue in illa scientia vel arte
vel in alia: siue etiā in illo in idiomate vel in alio in-
uenitur aliqđ ſm vocem sibi attribui vel ipsum alte-
ri ex quo seqtur aliquod repugnans priori: illud est
equocum vel saltem accipitur equoce. ¶ Pro quo
sciendum est ꝙ aliud est esse equiuocum ⁊ aliud su- Aliud
mi equiuoce. ¶ Nam illud est equiuocum quod si- est eē eq
gnificat plura equiuoce. sed illud accipitur equiuo- uocum
ce quod vel significat plura equiuoce vel stat pro ⁊ sumi
pluribus equiuoce. sed ista distinctio declarabitur equoce
inferius quādo tractabitur de fallacia equocationis.

¶ cap. xxxvij.

¶ Cap. xxxvij. vbi ponuntur regule generales con/
sequentiarum vbi declaratur qñ añs est copulatiuu3
quomodo ex op. ꝯñtis sit arguendum.

NUnc ponende sunt rle ge/
nerales con/
sequentijs deseruientes que sunt multe.
Ex vo nõ falsum Una est. ꝙ ex vero nunꝗ̃ seqtur falsum.
⁊ ideo qñcunqꝫ añs est verum ⁊ ꝯñs fal/
Si sit propõ sum ꝯña non v3. Et hec est regula sufficiens ad pro/
bandum ꝯñam non valere. ¶ Sciendũ est ꝙ totum
quod precedit ꝯñs vel conclusionem dĩ antecedẽs.
¶ Et ideo antecedens aliqñ est vna ꝑpositio cathe/
gorica ⁊ aliqñ cõtinet plures. vt patet in sillogismo.
⁊ tunc ꝗ̃uis vna illarum ꝑpositionũ sit vera conclu
sio poterit esse falsa. sed si quelibet illa3 sit vera con
clusio poterit esse falsa. sed si quelibet illarũ sit vera
Ex falsis verũ conclusio nõ poterit eẽ falsa si seqꝫ ex eis. ¶ Alia
regula est. ꝙ ex falsis potest seq verum. ¶ Et ideo
ista ꝯña nõ valet. ¶ Antecedẽs est falsum ergo ꝯñs
falsum. sed ista ꝯña est bona: ꝯñs est falsu3 ergo ⁊ an
tecedens. ita. s. ꝙ si consequẽs sit falsum oportet ꝙ
totum añs sit falsum vel ꝙ aliqua propositio que est
pars antecedẽtis sit falsa. sed non op3 ꝙ quelib3 pro
positio que est pars antecedẽtis sit falsa q2 aliquãdo
ex vna ꝑpositione vera ⁊ alia falsa seqtur conclusio
falsa: sicut p3 hic oĩs homo est aĩal lapis est homo. er
Ex op. ꝯseqñtis op. antecedẽtis go lapis est aĩal. ¶ Alia regula est si aliqua ꝯña sit
bona ex opposito ꝯñtis sequitur oppositum añtis.
¶ Notandum ꝙ qñ añs est vna cathegorica ꝑpõ sꝫ
si sit bona ꝯña ex opposito ꝯsequentis seqtur opposi
tum añtis. sed qñ añs ꝯtinet plures ꝑpõnes tunc non
op3 ꝙ ex opposito ꝯñtis sequatur oppositu3 cuiusli
bet propositionis que est pars antecedẽtis. sed opor
tet ꝙ ex opposito ꝯñtis cum vna propositione sequa
tur oppositum alterius ꝑpositionis. sicut bene seq/
tur: oĩs homo est albus: sortes est homo ergo ⁊c̃. ⁊
tñ non seqtur: sortes non albus: ergo sortes non est
homo sed bene seqtur: oĩs homo est albus sor. non
est albus ergo sor. est homo. ⁊ ex opposito conclu/
sionis ⁊ maiore sequitur oppositum minoris. ⁊ non
ex solo opposito ꝯclusionis. sicut bene sequitur: oĩs
homo est aĩal asinus est homo ergo asinus est aĩal: ⁊
tñ ex solo opposito ꝯclusionis non seqtur oppositu3
maioris. nam non seqtur: nullus asinus est aĩal ergo
non oĩs homo est aĩal. sed ex opposito ꝯclusionis cũ
minore sequitur oppositum maioris. nam bene seq/
tur: nullus asinus est aĩal asinus est homo ergo non
Ad disiunctiuã oppositã añtis oĩs homo est aĩal. tñ disiunctiua opposita copulati/
ue que antecedit potest seq ex opposito ꝯñtis. sicut se
quitur: oĩs homo currit. sor. est homo ergo sor. cur
rit ⁊ seqtur sor. non currit ergo sor. nõ est homo vel
Quicquid ad ꝯñs ad añs nõ oĩs homo currit. ¶ Alia regula est. qcqd seqtur
ad ꝯñs seqtur ad añs. sicut seqtur: omne aĩal currit
ergo oĩs homo currit. quicqd sequitur ad istam: oĩs
homo currit: seqtur ad ista3: omne aĩal currit. Et ex
ista seqtur alia. scil3 quicqd antecedit ad antecedens
antecedit ad ꝯñs. q2 aliter sequeretur aliqd ad con/
sequens quod non sequeretur ad añs. Non tñ quic/
quid seqtur ad añs seqtur ad ꝯsequens. nam seqtur
omne aĩal currit ergo oĩs homo currit: ⁊ tñ non se/
qtur oĩs asinus currit ergo oĩs homo currit. ⁊ simi/
liter ista regula est falsa. qcqd antecedit ad ꝯñs ante/
cedit ad añs ꝑpter idem. ¶ Ex istis sequũtur alie re/ *Quicqd añte*
gule. s. qcquid stat cum añte stat cum ꝯñte. sicut qc/ *cũ ꝯñte*
qd stat cum ista oẽ aĩal currit stat etiam cu3 isto ꝯñte
oĩs homo currit sed non qd stat cum ꝯñte stat cum
añte. nam cũ isto ꝯñte: oĩs homo currit: stat ista: ali/
qs asinus non currit. ⁊ tñ non stat cu3 ista omne aĩal
currit. ¶ Alia regula est. qcqd repugnat ꝯñti repu/ *Qđ repugnat añti ⁊ ꝯñti*
gnat añti. sicut qcqd repugnat isti: oĩs homo currit
⁊ isti oẽ aĩal currit: sed non econuerso. q2 aliqd repu
gnat añti ꝙ non repugnat ꝯñti. vt ista repugnat: tan/
tum homo currit. ⁊ aliud ab hoĩe currit. sed ista nõ
repugnãt. homo currit: ⁊ aliud ab homine currit. ⁊
ideo tales ꝯñtie sunt bone: oppositu3 ꝯñtis stat cum
añte ergo ꝯña non est bona. oppositum ꝯñtis repu/
gnat añti ergo ꝯña est bona. Sed sciẽdum ꝙ ꝯña po
terit esse bona vt nunc: ꝗ̃uis oppositum ꝯñtis posset
stare cum añte. sed si oppositum ꝯñtis staret vel posset
stare cum añte non poterit esse ꝯña simplex. ¶ Alia *Non ex nc̃io cõtingens*
regula est. ꝙ ex necessario nõ seqtur ꝯtingens. ¶ Et
alia regula est. ꝙ ex possibili non seqtur impossibile.
Et iste due regule sunt intelligende de ꝯña simplici. *Non ex poss. impossi.*
q2 ex necessario nõ seqtur contingens nec ex possibi/
li seqtur impossibile ꝯña simplici. tñ ꝯña vt nunc be
ne poterit sequi. sicut bene seqtur: oẽ ens est igit sor.
est. ⁊ tñ añs est necessarium ⁊ ꝯña contingens. simil'r
bene seqtur: oẽ coloratum est homo ergo oĩs asinus
est homo. ⁊ tñ añs est possibile: ⁊ ꝯñs impossibile. ⁊
ꝯña solu3 est bona vt nunc. ¶ Et notandũ est ꝙ ꝗ̃/
uis ex possibili non seqtur ꝯña simplici impossibile
tñ aliqñ propter positionẽ possibilis concedendum
est impossibile ⁊ negandũ est necessariũ: sed hoc nun
quam est faciendũ nisi in argumentatiõe obligatoria
⁊ durante tp̃e obligationis de qua aliqd inferius di/
cetur. ¶ Alie regule dantur. ꝙ ad impossibile seq/
qtur quodlibet. ⁊ ꝙ nec̃iu3 seqtur ad quodl3 ⁊ ideo *Ex impos. qđlз nec̃io ad qđlз*
seqꝛ tu es asinus: ergo tu es deus: ⁊ seqꝛ tu es asinus
ergo deus est trinus ⁊ vnus. sed tales ꝯñe nõ sunt for
males. ideo ille regule non sunt multum vsitate.

¶ Cap. xxxviij. de obligatiõe ⁊ spẽbus ei⁹ ⁊ prio q/
dẽ de impositiõe. vbi ponũtur qđã regule circa ea3.

QUoniam logie⁹ circa obligatio/
nes ⁊ in solubilia spe/
ciales facit difficultates: iõ ad istius sum
me completionem que de oĩ modo ar/
guendi generalẽ tradit notitia3 sunt ali/
qua ꝑscrutanda. ⁊ primo differendũ est de obligatio
nibus. ¶ Est autẽ primo sciendũ ꝙ obligatio sic dif
finitur a multis. ¶ Obligatio est prefixio enũciabi/ *Obligationis diffinitio*
lis fm aliqué3 statũ. qñ. s. aliqs ex consensu proprio
obligatur ab arguente ad aliqd in disputatiõe: ad qđ
prius nõ erat obligatus: ⁊ tunc fit obligat⁹. ¶ Obli *Species obligationis*
gationis aũt multe spẽs assignantur. s. Institutio: pe/
titio: positio: dispositio: dubitatio: ⁊ sit verum. Insti *Institutionis vtilitas*
tutio est alicuius vocabuli noua impositio pro tp̃e di
sputationis. ⁊ non vltra duratura. ⁊ potest ex ista in/
stitutione accipi vtilitas, q2 ꝑ talem institutionẽ qñqꝫ

sit brevior locutio. qñq3 enim d3 fieri disputatio de re ignota: τ tunc vtile est disputātibus pro tpe dispu-tatiōis sibi certū nomen imponere. qñq3 aūt fit insti-tutio talis a sophistis ad decipiendum rñdentem τ ad obuiandum eis rōnabiliter rñdendo. De ista spē dantur alique regule. Una est q̄ nunq̄ pars potest si-gnificare totū cuius est pars. sed ista regula capit in-stantiā3. nam in ista ppōne: oīs ppō est vera. sbm sigt totam ppōnem. Similr rñdem potest significare se ex go pars eadem rōne potest significare totu3 añs p3. nam: hoc nomen: vox sigt oēm vocem τ p ɔ̄ñs seip-sam. ℂ Silr hoc nomen: nomen sigt oīa noīa q2 oī noī competit diffō noīs. ergo seipsum sigt. ℂ Ideo dicendū est q̄ q̄uis pars posset significare totum cu ius est pars tñ talis institutio non est sp admittenda. qñ enim p illam institutionē partis hñtis eādem in-stitutionem totum sigtum mutaret a veritate in falsi tatem τ econuerso: tunc nō est talis institutio admit-tenda. p hoc soluitur hoc sophisma. Quia significet. a. precise hoc totum. a. sigt falsum. nūc querit an. a. sigt verum an falsum. si verū: ergo cū. a. nō sic eguo cum hec est falsa. a. sigt falsum τ institutum est q̄. a. significet hoc totum. a. sigt falsum si igit. a. sigt fal-sum ergo. hec est vera. a. sigt falsu3 τ. a. sigt hoc er go. a. sigt verum. ℂ Respondendū est q̄ illa insti-tutio nō est admittenda. pro eo q̄ hec oīo. a. sigt fal sum que est falsa qñ. a. nihil sigt mutaretur in verita tem si precise imponitur ad sigņdum hoc totu3 τ ni hil aliud. ℂ Et si dicat quod hoc est possibile q̄. a. sigt hoc totum: sed oē possibile est ponibile. ponatur ergo τ redit argumentū. ℂ Dicendu3 est q̄ dīa in-ter positiones τ institutionē. vnde q2 possibile est q̄. a significet hoc totum. a. sigt falsum ideo est ponibi le τ ideo isto posito non accidit impossibile. vnde qñ accipis aut. a. sigt verum aut falsum rñdendū est q̄ neq3 verum neq3 falsum sigt. τ potest rñderi q̄ tant verum q̄ falsum sigt. q2 illo posito stante: vtrunq3 potest esse veru3. q2 isto posito stante: potest. a. signi ficare precise hoīem. τ tunc dico q̄ neq3 est ver9 neq3 falsum. sed tūc. a. habebit suppōnem psonalē: τ sup ponit precise pro oībus hoībus poterit etia3. a. signi ficare idem q̄ ppō: τ tunc dicendum est. a sigt tam verum q̄ falsum: quod nō est incōueniens. Et si di-catur. oīa ista stant simul. a. sigt hoc totu3. a. sigt fal sum τ nihil aliud sigt q̄ hoc totum: τ oīa compossi-bilia simul pñt esse vera. igitur pñt poni. potest dici q̄. i. a stant simul. τ ideo pñt poni. sed istis positis: negandum est oē repugnans eis. τ ideo illis positis si arguitur. a. sigt verum vel falsum. Rñdendum. est nec ɔcedendo: nec negando: neq3 dubitādo: neq3 distinguēdo. sed rñdendum est q̄ ppositum non est verum neq3 falsum. sicut aliquo posito. si pponitur hō est asinus τ petatur rñsio. Rñdendum est q̄ nec est rñdendu3 ɔcedendo nec negando nec dubitādo nec distinguendo neq3 alio modo ppie accipiendo rñsione3. Et si dicatur q̄ illis positis hec est vera. a. sigt verum τ falsum ergo illa ppō est cōcedenda τ p ɔ̄ñs altera est ɔcedenda. Dicēdum est q̄ istis. a. sigt verum vel falsum nec est vera nec falsa illis positis.

D3 enī solū si-gnifica-tum for male

Quō ps nō d3 ad mitti sta re p to-to

Instātia

Soso

vnde isto casu posito ad q̄l3 talem ppōnem rñden-dum est ac si nō esset ppositio vel oratio significatiua. ℂ Et p consimilem modum potest rñderi ad multa alia sophismata que difficilia sunt non exercitatis in arte obligatoria. q2 non sunt multum vsitata in theo logia ideo pertransieo.

Ac si nō esset propō

ℂ Cap. xxxix. de petitiōe τ q̄ ppōes sint admittēde.

